

PA
6274
A2
1960

SCRIPTORVM CLASSICORVM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

C. VALERII CATVLLI

CARMINA

RECOGNOVIT

BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

R. A. B. MYNORS

LITTERARVM LATINARVM PROFESSOR PVBLICVS

APVD OXONIENSES

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

OXONII

Excudebat Vivianus Ridler

Architypographus academicus

© Oxford University Press 1958

FIRST PUBLISHED 1958

Reprinted lithographically in Great Britain
at the University Press, Oxford,
from corrected sheets of the first edition
1960

PRAEFATIO

CATVLLI carmina, quotquot supersint, exeunte demum saeculo post Christum natum tertio decimo ex obliuione in Italorum studiosorum notitiam prodiisse iam satis constat; unicum illud exemplar repperisse (quo in loco, nescimus) notarium quendam Veronensem testatur epigramma Beneuenuti de Campexanis Vicentini, quod ad libri nostri calcem lector inuenies.¹ Archetypi huius, post breue tempus (quoad scimus) deperditi, textum redintegrare nobis labor primus incumbit; quo functuri ne inter codices manu scriptos diutius haereamus (extant enim fere centum decem),² inuenit praedecessorum nostrorum diligentia tres saeculo quarto decimo in Italia septentrionali exaratos, qui haud minus fide quam aetate ceteris praestent.

Antiquissimus, nisi fallor, et quodam modo sincerissimus codex est Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Canonicianus class. lat. 30 (O), optime scriptus ab homine uix satis docto, sedulo tamen ac modesto, et qui saepe quod non intellexisset describere mallet quam textum coniecturis sollicitare. Desunt et litterae initiales et tituli carminum, quos tamen notis indicauit addendos; addita est tantum imago pulchra auctoris. In lucem protulit anno MDCCCLXVII R. Ellis, fundamentum textus cum Parisino posuit anno MDCCCLXXIV Aemilius Baehrens.

Oxoniensi proximus, permaximi et ipse pretii, accedit

¹ De his rebus scripserunt inter alios R. Ellis, *Catullus in the XIVth Century* (Londini MCMV), et B. L. Ullman, *Studies in the Italian Renaissance* (Romae MCMLV), 81–115, 195–200; de Beneuenuto nuper egit R. Weiss in *Bollettino del Museo Civico di Padova* xliv (MCMLV).

² Codicu[m] laterculu[m] publici iuris fecit anno MCMVIII W. G. Hale (*Classical Philology*, iii. 233–56); de recuperando archetypi textu optime disseruit A. Morgenthaler, *De Catulli codicibus* (Argentorati MCMIX).

PRAEFATIO

Parisinus bibl. nationalis lat. 14137, olim Sangermanensis (*G*), qui (si qua fides scribae) anno MCCCLXXV exaratus est; habet enim ad calcem post Beneuenuti uersus supra dictos:

Tu lector quicumque ad cuius manus hic libellus obuenerit scriptori da ueniam si tibi corruptus uidebitur, quoniam a corruptissimo exemplari transcripsit; non enim quodpiam aliud extabat, unde posset libelli huius habere copiam exemplandi. Et ut ex ipso salebroso aliquid tantum suggeret, decreuit potius tamen corruptum habere quam omnino carere, sperans adhuc ab aliquo alio fortuite emergente hunc posse corrigere. Valebis si ei imprecatus non fueris. 1375 mensis octobris 19° quando Cansignorius laborabat in extremis etc. Lesbia damnose bibens interpretatur.

Qui Cansignorius cum Veronae dominus fuerit, coniectari licet in ipsa Verona ciuitate scriptum esse codicem; scripsisse Antonium de Leniaco Cansignori ipsius cancellarium suspicatur uir harum rerum peritissimus Ioseppus Billanouich. Quinto decimo saeculo se possedisse testatur ‘Bonifatius Perutius prothonotarius apostolicus in Roma’, cuius etiam stemma gentilicium primae paginae extat appictum. Titulos exhibet minio ascriptos partim in textu partim in margine, sed haud scio an omnes eadem manu. Correctorem passus est, a nobis *g* dictum, cuius idcirco hic exscripsimus notulas, ut quam plenissima codicis pretiosi notitia studiosis exhibeat; monemus tamen diserte nullam eis esse auctoritatem. Parisino primus usus uidetur esse anno MDCCXXX C. I. Sillig.

Parisini frater, ut ita dicam, non multis annis natu minor Vaticanus est Ottobonianus lat. 1829 (*R*), optime scriptus et litteris initialibus ornatus; qui eo tamen editoris nescio cuius manum fatetur et se Parisino minus sincerum prodit, quod et Beneuenuti uersus a calce ad frontem libri in modum prooemii migrare iussit et titulos omnes, morem sui temporis secutus, e marginibus intra textum redegit. Primus aetatis nostrae inuenit anno MDCCCXCVI W. G. Hale. Peculium fuerat

PRAEFATIO

hominis litteratissimi Colucii Salutati, Florentinae r.p. cancellarii, qui anno MCCCCVI obiit; correxerunt plures manus, quas hic omnes praeter recentissimas inuitus *r* appello, dum spero quandam de Colucii eiusque amicorum studiis peritissimum nos tandem aliquando plenius esse docturum. Hic codex cum Florentiae in manibus uiri doctorum amicissimi extiterit, non mirum si apographa progenuit, ex quibus nonnulla adhuc seruantur. Quippe a Romano originem duxisse credo codices Florentinos bibl. Mediceae Laurentianae 36. 23 (et ipsum fortasse saeculo quarto decimo exeundi ascribendum) et 33. 12 (anno MCCCCLVII in usum Iohannis de Medicis pulcherrime exaratum) necnon cartaceum Vaticanum Ottobonianum lat. 1550; a Romano correcto, uel ab aliquo eius apographo deperdito, cartaceum alterum Venetum Marcianum lat. xii. 80 (4167). Cuius hic illuc sub nota *m* mentionem feci, cum correctori codicis *G* uel ipse uel eius consimilis praesto fuisse uideatur (sicut dispexit Hale), ne quis nimiam iam auctoritatem eis lectionibus tribuat, quas hucusque codici *G* imputauerunt editores, sed re uera *Rmg* uel *rmg* uel *mg* originem habent. Sed in his minutiis me semper recte iudicasse affirmare non ausim.¹

Ceterum codices *G* et *R* a communi fonte (*X*) deriuatos esse docent non tantum uersus xcii. 3, 4 in utroque praetermissi, quod cuiuis accidere potuit, quantum artissima inter eos necessitudo unaquaque in pagina obuia (ita tamen ut *R* ex *G* deriuari uix possit), eaedem in marginibus annotationes, eaedem inter uersus lectiones uariae utrius ab ipso scriba ascriptae et a communi fonte deductae. Ea enim erat codicis

¹ Parisini imaginem phototypicam uix satis fidam anno MDCCXC Parisiis edidit E. Chatelain, Marciani MDCCCXCIII C. Nigra. Scripturae specimina e codicibus *OG* et *Thuaneo* annis MDCCCLXXXIV et 'xcii dedit idem Chatelain (*Paléographie des Classiques latins*, tabulae xiv–xv a), e codice O R. Ellis in editione Oxoniensi anni MDCCCLXXVIII, e cod. *R* W. G. Hale anno 'xcvii (*American Journal of Archaeology*, series noua, i).

PRAEFATIO

archetypi scriptura, ut ipsis antiquariis non unum in modum se legendum praebuerit: scriba codicis *O* illud unum posuit quod sibi legere uisus est, scriba cod. *X* legendi incertus inter duas lectiones eligendam ueritatem saepius reliquit, unde plerumque illa in *GR* lectionum uarietas siglo *al.* (= *aliter*) ab ipsis scribis insignita; cuius tamen aliquam partem conjectuae deberi non negauerim. Quisquis igitur ad Catulli textum stabiendum testimonia conquirit, primum ex codicibus *G* et *R* textum codicis deperditi *X* redintegrare debet (id quod fere semper fieri potest); collatis deinde codd. *O* et *X*, ad archetypum illud tanquam ascendere, quod fortasse sexaginta ante annis inuenerat ignotus ille noster Veronensis. Quodsi requirimus, quaenam fuerit archetypi forma et aetas, iam demonstrauit u.d. B. L. Ullman eandem fuisse et carminum et titulorum dispositionem, quae etiamnum in codicibus *O* et *G* seruetur, in *R* editoris alicuius curis sublata sit (aliquo modo ad calcem huius praefationis eam effingere conatus sum); apicum formam est unde suspicemur eiusmodi fuisse, qualis in codicibus saeculo tertio decimo in Italia septentrionali exaratis usu fuerit. Sed quam lubrica res sit, ipsam codicis deperditi faciem ex apographis repraesentare uelle, quis non uidet?

Quod ad ceteros codices attinet, omnes in Italia saeculo quinto decimo (uel sexto decimo ineunte) exaratos, ex quibus plus quam octoginta in manibus habui, aliorum decem notitiam praedecessoribus meis debeo, omnes a codicibus *OGR* originem aut duxerunt aut, quod nobis idem ualet, duxisse possunt. Vnus in tanta testium penuria succurrit Parisinus bibl. nat. lat. 8071 (*T*), florilegium quod dicunt Thuaneum, codex nono saeculo non ita sedulo scriptus, qui carmen lxii continet; quem tamen ex eadem qua ceteri stirpe progenitum arguit lacuna post uersum 32 obuia erroresque alii.

Permultis igitur mendis, plerumque minoribus, textum in

PRAEFATIO

archetypo nostro seruatum scatusse non mirum est, ex quibus satis multa iam ineunte saeculo quinto decimo a correctoribus *r(m)g* suo marte sublata sunt. Insequitur deinde series longa hominum doctorum, praesertim Italorum, qui ad purgandum textum Catullianum operam nauauerunt. Ex eis quidem, qui ante inuentam artem typographicam uixerunt, quis quid quo anno correxerit, nondum possumus affirmare; attamen in emendationibus ordinem quendam, ut ita dicam, dispicere mihi uideor, quem graecis apicibus insignire commodum duxi.

α—ante annum enim MCCCCXII necesse est factae sint fere sedecim, quas praebet codex Bononiensis bibl. uniuersitatis 2621, qui eo anno ab Hieronymo Donato patricio Veneto finitus postea in manus deuenit u.d. Hermolai Barbari. Liber alioquin non magni pretii uetustissimus est ex eis (extant numero plus minus triginta quinque; inter uetustiores est Florentinus bibl. Med. Laur. 33.13), in quibus uersus xliv. 21–lxii. 66 post xxiv. 2 (uel xxiv. 10, uel xxv. 13) locum inuenerunt.¹

β—ante annum MCCCCXXIV triginta ad minus, quas suppeditat codex insignis Parisinus bibl. nat. lat. 7989 in usum docti cuiusdam, cuius nomen nondum innotuit, exaratus; finitus est enim Catulli textus mense nouembri anni 'XXIII. Hic primus ex superstitibus Tibullum et Propertium cum Catullo in unum uolumen rededit.²

γ—ante annum MCCCCLII uiginti fere, quas codex Antenoris Balbi anni 'LI (in quo desunt omnia post u. lxi. 127),³ Leidensis Vossianus lat. oct. 59 anni 'LIII⁴ cum gemello suo Oxoniensi

¹ Imaginem quandam typis adumbratam edidit anno MCML u.d. I. B. Pighi. Ipse crediderim permultas emendationes ipsius Barbari manu additas ab editione typis impressa emanasse, quam anno MCCCCLXXXI eidem Hermolao dedicauit Iohannes Calphurnius.

² Ultimam Catulli paginam lucis ope depingendam curauit S. Gaselee, *Petronii codex Traguriensis* (Cantabrigiae MCMXV).

³ Huius libri copiam debuit Ellis Waltero Ashburner, nos amico qui hodie eum possidet Iohanni Waynflete Carter, studiorum Catullianorum fautori.

⁴ Vossianum hunc, qui titulum exhibit saeculo quinto decimo manu Angli cuiusdam additum, olim in Anglia in bibliotheca regia Iacobaea sub numero 8636 asseruatum esse me docuit Gerardus Lieftinck meus; unde

PRAEFATIO

Bodleiano Canoniciano class. lat. 33, Vaticanus Palatinus lat. 910, Hamburgensis philol. L 139, Mediolanensis Ambrosianus H 46 supra.

δ—ante medium saeculum quintum decimum sublata sunt menda alia quindecim, quae iam correctā uidemus in textu Parisini bibl. nat. lat. 8234 (quem dicunt Colbertinum), quibus aliquid de suo conferunt Berolinensis Diezianus B. Sant. 36 et Mediolanensis Ambrosianus M 38 supra, necnon

ε—uiginti quinque, quae in Mediolanensi Braidensi AD. xii. 37, no. 2 anni fortasse MCCCCL; quem longo satis interuallo sequuntur gemini Brixianus bibl. Querinianae A. vii. 7 et Londinensis musei Britannici Harleianus 2574.

Illuxisse deinde studiis Catullianis diem, nisi potius aestatem quandam dicendum, nos docet messis uberrima emendationum ante annum MCCCCLXI factarum plures in codices recondita, qui in duas tanquam sociates discedunt. Sunt autem hi:

ζ—Londinensis mus. Brit. inter additios 11,915 anno MCCCCLX a notario Taruisino completus, Florentinus bibl. nat. Magliabechianus vii 1158, Florentinus bibl. Riccardianae 606, Berolinensis Diezianus B. Sant. 37 anni 'LXIII (hic bis terque aliquid utro etiam profert), quos sequitur plerumque Londinensis inter additios 11,674;

η—Vicentinus bibl. Bertoliana G. 2. 8. 12 Patauii transcriptus anno MCCCCLX, Oxoniensis Bodleianus Laudianus lat. 78 eiusdem anni,¹ Guelferbytanus Gudianus lat. 332, Leidensis Vossianus lat. oct. 81, una cum recentioribus Vaticano Chisiano H. iv. 121 et Veneto Marciano lat. 12. 153 (4453), Vaticano Vat. lat. 1608 anni MCCCCLXXIX et Ven. Marc. lat. 12. 86 (4170). Quantum uiris doctis illius aetatis debeamus Catulli studiosi, ex hoc liquet, quod emendationes quinquaginta fere nota ζη insigniendas inuenio, nota ζ quinquaginta, plures etiam η; spero aliquando fieri posse, ut aliquae ex eis nominatim auctoribus suis reddantur.²

crediderim hoc esse textus Catulliani (haud scio an et Tibulliani) exemplar, quod primum in ultimos Britannos deuenerit.

¹ Laudiani perit ultimum folium; seruatur anni mentio apud editionem Cantabrigensem anni MDCCII, p. 494.

² Codices quos supra sub littera ζ nominaui (praeter Londin. addit.

PRAEFATIO

θ—Post quos tanquam spicilegium minime spernendum egit uir quidam doctus (si is uere unus, ut suspicor, fuit), cuius emendationes fere quinquaginta suppeditat codex Londinensis mus. Brit. Eger-tonianus 3027 anno MCCCCCLXVII Perusiae scriptus (Cuiacianus est Scaligeri), quocum plerumque faciunt Neapolitanus bibl. nat. iv. F. 61, Londinensis mus. Brit. Burneianus 133 et Pisaurensis bibl. Oliuerianaæ 1167 finitus Senis anno 'LXX.¹

In his igitur codicibus manu scriptis eorumque similibus textum uidemus per sexaginta annos Italorum diligentia et mentis acumine defaecari. Necdum omnia sublata sunt menda, cum subito ars typographica inuenta magnum his studiis impetum addidit. Editus est enim Catullus typis impressus primum Venetiis anno MCCCCLXXII; deinde 'LXXIII Parmae cura Francisci Puteolani; circa annum 'LXXV Romae (haec editio, quam sub 'antiquissimae' nomine primus asciuit Ellis, fundamentum habet Venetam, ab imperitissimo typotheta sed non sine ingenio et alicuius codicis manu scripti adiumento interpolatam); 'LXXXI Vicentiae cura Iohannis

11,915), sicut iam secundis curis Paris. lat. 7989, in locum uersus deperditi lxv. 9 suffecerunt *Alloquar audiero numquam tua loquentem*, quod parum prudenter amplexi sunt editores nonnulli; ita, sed *tua uerba loquentem* addit. 11,915 cum aliquot recentioribus; . . . *tua fata loquentem* η. Pro u. lxviii. 47 exhibent libri sub notis βζη supra nominati *Omnibus et triuīis uulgetur fabula passim*, quod testibus Paris. lat. 7989 et Ambros. H 46 supra 'suppleuit Seneca', teste Magliabechiano (cui minorem fidem habendam crediderim) 'Philelphus suppleuit'. Recentiores fere omnes ex eis qui lxv. 9 *uerba* proferunt, hic habent *Omnibus inque locis celebretur fama sepulti*, quod teste Paris. lat. 8232 'Petrus Odus suppleuit', sicut qua est humanitate me certiorem fecit Gilbertus Ouy. Ecce grammaticorum industriam, Thomae Senecae scilicet de Camerino et Petri Odi Montopolitani, qui Pomponii Laeti magister fuit et scripsit Vaticanum Palatinum 1652 (ipsius Laeti manu exaratus dicitur Vaticanus lat. 3269).

¹ Berolinensium duorum notitiam mihi commodauit Lachmann, Hamburgensis Schwabe editionibus Berolinensibus ille anni MDCCXXIX, hic 'LXVI; Brixiani V. Cremona, qui imaginem typis effictam Bononiae edidit anno MCMLIV, Pisaurensis M. Zicari in *Studiis Oliuerianis*, i (MCMLIII).

PRAEFATIO

Calphurnii;¹ Brixiae 'LXXXV cum commentario Antonii Parthenii. Qui editores utrum a codicibus recentioribus lectiones suas nuper emendatas mutuati sint an de suo excogitauerint, saepe difficile est dictu, cum illa aetate mutuum, ut ita dicam, fuerit commercium inter typis impressos codices et manu scriptos; hoc saltem constat, scriptos nonnullos a uiris doctis identidem adhibitos nihil utile continere, nisi quod ab impressis compilauerint. Anno MCCCCXCV Venetiis prodeunt Hieronymi Auantii emendationes in Catullum; 'XCVI textus una cum commentario Palladii Fusci; MDII prima editio Aldina, accurante eodem Auantio; MDXXI textus multis antea annis a Baptista Guarino emendatus cum expositiōnibus filii eius Alexandri; Auantius, uir in Catullo emendando indefessus, textum tertio correxit in editione hodie rarissima, a Trincauelli typotheta circa annum MDXXXV typis mandata, quam idem Ellis inuenit. Sequuntur Marcus Antonius Muretus francogallus MDLIV, Achilles Statius lusitanus MDLXVI, Iosephus Scaliger batauus MDLXXVII, alii permulti.

Has editiones omnes perlustrauimus, ut quam plenissime discamus quid a quoque et quo ordine ad corrigendum textum Catullianum prolatum sit. Veritatem tamen omnibus in locis me inuenisse prorsus non credo; quod potui enim feci, non quod uolui. In adferendis codicum lectionibus meros scribarum errores, praesertim scribae codicis O, et quisquilias orthographicas (ex. gr. *Catulus*, *sinediorem*, *nec quicquam* ubi scribendum erat *Catullus*, *cinaediorem*, *nequiquam*) plerumque praetermisi; in expiscandis praesertim antiquioribus uerborum formis codici archetypo, ut qui ipse recentioris aetatis esse potest, non nimiam fidem tribui. Quod ad uersus deprauatos attinet, qui post tot uirorum doctorum labores

¹ Viri de Catullo optime meriti uitam scripsit anno MCMX V. Cian (*Archivio storico lombardo*, series quarta, xiv. 221–48).

PRAEFATIO

Oedipum suum adhuc flagitant, mihi nec doctrinam neque ingenium ad eos tandem enucleandos suffecisse uix est cur moneam.

In appendice, permittentibus amicis uu.dd. E. Lobel, D. L. Page, R. Pfeiffer, textum graecum subiunxi carminum Sapphici et Callimachei, quae imitatus est noster.

Restat ut gratias ex animo agam, cum tot bibliothecarum curatoribus qui me benigne exceperunt, tum amicis I. W. Carter, C. I. Fordyce, E. Fraenkel, R. W. Hunt, R. G. C. Leuens, R. G. M. Nisbet qui consiliorum et librorum copia studiis meis opitulati sunt.

R. A. B. M.

Dabam Oxonii

e collegio Corporis Christi,

mense Maio MCMLVII

CARMINVM IN ARCHETYPO DISCRIPTIO

CARMINVM in archetypo haec uidetur fuisse dispositio (] indicat extitisse titulum in contextu positum, cum littera initiali fortasse minio picta; § paragraphum tantum primo carminis uersui appictam, cum titulo in margine posito, sine littera picta):

| | |
|---------------------------------|------------------------------------|
|] i Ad Cornelium | § xxxii–xxxiii Ad Ipsicillam |
|] ii–iii Fletus passeris Lesbie | § xxxiv Carmen diane |
|] iv De Phasello | § xxxv Ad Cecilium iubet libello |
|] v Ad Lesbiam | loqui |
|] vi Ad Flauium | § xxxvi Ad lusi cacatam |
|] vii Ad Lesbiam | § xxxvii 1–16 Ad contubernales |
|] viii Ad se ipsum | § xxxvii 17–xxxix 21 Ad Egna- |
|] ix–x Ad Verannium | tium |
| § xi Ad Furium et Aurelium | § xl–xlviii Ad Rauidum |
|] xii Ad Matrucinum Asinium |] xl ix Ad Romulum (?) |
|] xiii Ad Fabullum |] l Ad Lucinium |
|] xiv–xivb Ad Caluum Poetam |] li Ad Lesbiam |
|] xv–xvi Ad Aurelium |] lii 1–lili 4 In Nouium |
| § xvii <i>sine titulo</i> | § lili 5–liv 5 De Octonis capite |
|] xxi Ad Aurelium | § liv 6–lv 22 In Camerium |
| § xxii Ad Varum |] lvi 1–lviiib 10 Ad Catonem |
| § xxiii–iv Ad Furium | § lix–lx In Rufum |
| § xxv Ad Tallum |] lxi Epythalamius Junie et Mallii |
| § xxvi Ad Furium |] lxii Exametrum carmen nupti- |
| § xxvii Ad Pincernam suum | ale |
| § xxviii Ad Verannium et Fabul- |] lxiii De Berecinthia et Athi |
| lum |] lxiv 1–322 Argonautia |
| § xxix In Romulum cathamitum | § lxiv 323–408 Epythalamium |
| § xxx Ad Alphenum | Thetidis et Pelei |
| § xxxi Ad Sirmium insulam |] lxv–lxvii Ad Ortalem |

PRAEFATIO

- | | |
|-----------------------------|-------------------------------|
|]) lxviii Ad Mallium |]) lxxxix-xci In Gellium |
|]) lxix-lxxi In Rufum | § (?) xcii-xcix In Cesarem |
|]) lxxii-lxxvi Ad Lesbiam | § (?) c In Celium et Quintium |
|]) lxxvii-lxxix Ad Rufum | § (?) ci-cxvi Fletus de morte |
|]) lxxx-lxxxviii Ad Gellium | fratris |

S I G L A

CODICES:

V = archetypum (fons communis codd. *O* et *X*)

O = Oxoniensis Canonicianus class. lat. 30 s. XIV

X = fons communis codd. *G* et *R*

G = Parisinus lat. 14137 anni MCCCLXXV

R = Vaticanus Ottobonianus lat. 1829 s. XIV ex.

T = Parisinus lat. 8071 s. IX (*continet carmen lxii*)

OI = *O* nondum *correctus*, similiter *GI RI*.

FONTES CONIECTVRARVM MANV SCRIPTI:

r = corrector(es) cod. *R*

m = Venetus Marciānus lat. XII. 80 (4167) s. XV in.

g = corrector(es) cod. *G*

Coniecturae e codicibus recentioribus ductae his notis insignitae sunt:

α = nescio quis ante annum MCCCCXII

β = „ „ „ MCCCCXXIV

γ = „ „ „ MCCCCLII

δ, ϵ = „ „ medium s. XV

ζ, η = „ „ annum MCCCCLX

θ = „ „ „ MCCCCLXVIII

FONTES CONIECTVRARVM TYPIS IMPRESSI:

1472 = editio Veneta anni MCCCCLXXII; 1473 = Parmensis a. 'LXXXIII;
ed. Rom. = anonyma a. circa 'LXXV; *Calph(urnius)* = Vicentina a. 'LXXXI;
Partb(enius) = Brixiensis a. 'LXXXV; *Auantius* = Emendationes eius a.
'xcv; *Pall(adius)* = Veneta a. 'xcvi; *Aldina* = Veneta a. MDII; *Guarinus*
= Veneta a. MDXXI; *Auantius³* = Veneta apud Trincauellum a. circa
MDXXXV.

CATVLLI CARMINA

I

Cvi dono lepidum nouum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas
iam tum, cum ausus es unus Italorum 5
omne aeuum tribus explicare cartis
doctis, Iuppiter, et laboriosis.
quare habe tibi quidquid hoc libelli
qualecumque; quod, <o> patrona uirgo,
plus uno maneat perenne saeclo. 10

II

PASSER, deliciae meae puellae,
quicum ludere, quem in sinu tenere,
cui primum digitum dare appetenti

I 1 citat Ausonius eclogarum i. 1 (p. 120 Schenkl, p. 86 Peiper); 1-2 Isidorus etymologiarum vi. 12. 3; 1, 2 et 4 Marius Victorinus, ars gramm. (p. 148 Keil), Caesius Bassus de metris (p. 261 K.), Terentianus de metris 2562-4 (p. 401 K.); cf. Atilius Fortunatianum, ars (p. 298 K.). 2 Seruius ad Vergili; aen. xii. 587 'in pumice' autem masculino genere posuit . . . licet Catullus dixerit feminino. 3-4 Plinius hist. nat. i praef. 1 namque tu solebas nugas esse aliquid meas putare, ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum.

II 1 citant Caesius Bassus (p. 260 K.), Atilius Fort. (p. 293 K.), fragmentum quod Censorini dicitur de metris (p. 614 K.).

I 2 arida ex Seruio Itali: arido *V* 5 tum . . . es ε: tamen . . . est *V*
8 tibi habe *V*: corr. η libelli al. mei *X* (al. mei *del. r*) 9 o add. θ
qualecumque quidem est, patroni ut ergo Bergk 10 perire *O*

II 3 cui *O* (*in margine*) *r*: qui *V* appetenti *r*: at petenti *V* (al. patent *i*, al. parenti *g*)

CATVLLI

et acris solet incitare morsus,
 cum desiderio meo nitenti
 carum nescio quid lubet iocari,
 et solaciolum sui doloris,
 credo, ut tum grauis acquiescat ardor:
 tecum ludere sicut ipsa possem
 et tristis animi leuare curas! 10

II^b

* * *

tam gratum est mihi quam ferunt puellae
 pernici aureolum fuisse malum,
 quod zonam soluit diu ligatam.

III

LVCETE, o Veneres Cupidinesque,
 et quantum est hominum uenustiorum:
 passer mortuus est meae puellae,
 passer, deliciae meae puellae,
 quem plus illa oculis suis amabat.
 nam mellitus erat suamque norat
 ipsam tam bene quam puella matrem,
 nec sese a gremio illius mouebat,
 sed circum siliens modo huc modo illuc 5

II^b 3 citat Priscianus, inst. i. 22 quod z. s. d. ligatam; cf. Carmina epigraphica 1504. 49 (Buecheler) zonulam ut soluas diu ligatam.

6 karum *V* libet *V* (al. iubet *O*) 7 et *V*: ut *B. Guarinus*

8 tum . . . acquiescat *B. Guarinus*: cum . . . acquiesceret *V* (*locus nondum expeditus*) 9 tecum al. secum *O* ludere al. luderem *G* (luderem fortasse *OI*) posse *Vossius* (*deinde curas,*)

*II^b Ad ii. 10: 'Post hoc carmen in codice antiquissimo et manu scripto ingens sequitur fragmentum' *A. Guarinus* 3 ligatam (in margine 'erat negatam') *r*, ligatam al. negatam *m*, al. ligatam add. *g*: negatam *V**

*III 9 circum siliens rg: circum silens *V* (al. siliens *O*) illuc *O*, illuc mouebat *X* (corr. *rg*)*

CARMEN III

ad solam dominam usque pipiabat; 10
 qui nunc it per iter tenebricosum
 illud, unde negant redire quemquam.
 at uobis male sit, malae tenebrae
 Orci, quae omnia bella deuoratis:
 tam bellum mihi passerem abstulisti. 15
 o factum male! o miselle passer!
 tua nunc opera meae puellae
 flendo turgiduli rubent ocelli.

IV

PHASELVS ille, quem uidetis, hospites,
 ait fuisse nauium celerrimus,
 neque ullius natantis impetum trabis
 nequissime praeterire, siue palmulis
 opus foret uolare siue linteo. 5
 et hoc negat minacis Hadriatici
 negare litus insulasue Cycladas
 Rhodumque nobilem horridamque Thraciam

III 12 citat Seneca, *ludus de morte Claudii* 11. 6; cf. *Carm. epigr.* 1504. 11.
 16 Cf. *Carm. epigr.* 1512. 4 o factum male, Myia, quod peristi.

IV imitatur auctor carminis Vergiliani *catalepton* x. 1 citant Marius
 Victorinus, *ars gramm.* (p. 134 K. et alibi), Terentianus *de metris* 2277
 (p. 393 K.), ‘*Censorini*’ *de metris* (p. 612 K.). 25–26 Priscianus, *inst. ix.*
 49; 25–27 Charistius, *ars gramm.* (p. 252 K.) et Diomedes, *ars gramm.*
 (p. 344 K.).

10 pipiabat codd. Harl. et Brix. in margine (*idem Vossius*), pipilabat ζη: piplabat V 11 tenebricosum Parth.: tenebrosum V 12 illud V (al. illuc O) 14 Orci quae r: orcique V. (al. quae G) bella, supra scripto id est pulcra OG(VP) 16 o (10) r: bonum V o miselle 1473: bonus ille V (bellus ille r)

IV 2 ait Calph.: aiunt V celerrimus Parth.: celer(r)imum V 3 ullius Calph.: illius V trabis Auantius (trabis ante impetum iam Calph.): tardis V 4 nequissē θ: neque esse V 4–5 siue . . . siue r: sine . . . sine V 6 negant r minacis r: mina ei V 8 traciam r: tractam V

CATVLLI

Propontida trucemue Ponticum sinum,
 ubi iste post phaselus antea fuit 10
 comata silua; nam Cytorio in iugo
 loquente saepe sibilum edidit coma.
 Amastri Pontica et Cytore buxifer,
 tibi haec fuisse et esse cognitissima
 ait phaselus: ultima ex origine 15
 tuo stetisse dicit in cacumine,
 tuo imbuisse palmulas in aequore,
 et inde tot per impotentia freta
 erum tulisse, laeua siue dextera
 uocaret aura, siue utrumque Iuppiter 20
 simul secundus incidisset in pedem;
 neque ulla uota litoralibus deis
 sibi esse facta, cum ueniret a mari
 nouissimo hunc ad usque limpidum lacum.
 sed haec prius fuere: nunc recondita 25
 senet quiete seque dedicat tibi,
 gemelle Castor et gemelle Castoris.

V

VIVAMVS, mea Lesbia, atque amemus,
 rumoresque senum seueriorum
 omnes unius aestimemus assis!
 soles occidere et redire possunt:
 nobis cum semel occidit breuis lux, 5
 nox est perpetua una dormienda.

| | | | |
|--|--|------------------------------------|-----------|
| 11 cytorio η , citherio r : citeorio <i>V</i> (citeono <i>O</i>) | 13 cytore η , | | |
| cithori r : citheri <i>V</i> | 14 cognotissima <i>V</i> | 17 tuas <i>X</i> | 20 uocare |
| cura <i>V</i> : corr. r | 23 a mari r (-rei <i>Lachmann</i>): amaret <i>V</i> | | 24 nouis- |
| $\zeta\eta$: -ime <i>V</i> | 25 hoc <i>X</i> (corr. r) | 27 castor r : castrum <i>O</i> , | |
| castrum al. castorum <i>X</i> | | | |

V 3 estinemus *O*, extinemus *X*

CARMEN V

da mi basia mille, deinde centum,
 dein mille altera, dein secunda centum,
 deinde usque altera mille, deinde centum.
 dein, cum milia multa fecerimus, 10
 conturbabimus illa, ne sciamus,
 aut ne quis malus inuidere possit,
 cum tantum sciat esse basiorum.

VI

F L A V I, delicias tuas Catullo,
 ni sint illepidae atque inelegantes,
 uelles dicere nec tacere posses.
 uerum nescio quid febriculosi
 scorti diligis: hoc pudet fateri. 5
 nam te non uiduas iacere noctes
 neququam tacitum cubile clamat
 sertis ac Syrio fragrans oliuo,
 puluinusque peraeque et hic et ille
 attritus, tremulique quassa lecti 10
 argutatio inambulatioque.
 †nam inista preualet† nihil tacere.
 cur? non tam latera ecfutura pandas,
 ni tu quid facias ineptiarum.
 quare, quidquid habes boni malique, 15

8 dein mille *Aldina*, deinde mi *rmg*: deinde mille *V* dein *Aldina*,
 da *rmg*: dein *V* 10 dein *η*: deinde *V* 11 conturbauimus *V*:
 corr. *θ* 13 tantum *r*: tantus *V*

VI 2 ni *θ* (nei *Lachmann*): ne *V* 8 ac syrio *Auantius*, et syrio
Aldina: asirio *V* fragrans et fraglans *Itali*: flagrans *V* 9 et h(a)ec
 et illo *V* (al. hic . . . al. ille *X*) 12 inista (ni ista *X*) preualet *V*: mi
 praeualet ista (deinde nil) *Aldina*, nil ista ualet *Lachmann*, nil stupra ualet
post Scaligerum Haupt, mi ista ipse ualet *post Bernardum Schmidt Baehrens*
 13 ecfutura *Lachmann* (exf- iam 1472): et futura *V* 14 pandas ζη: panda *V*
 14 ni *A. Guarinus* (nei *Marcilius*): nec *V* 15 boni *X*, bonique *O*

CATVLLI

dic nobis. uolo te ac tuos amores
ad caelum lerido uocare uersu.

VII

QVAERIS, quot mihi basiationes
tuae, Lesbia, sint satis superque.
quam magnus numerus Libyssae harenæ
lasarpiciferis iacet Cyrenis
oraclum Iouis inter aestuosi 5
et Batti ueteris sacrum sepulcrum;
aut quam sidera multa, cum tacet nox,
furtiuos hominum uident amores:
tam te basia multa basiare
uesano satis et super Catullo est, 10
quae nec pernumerare curiosi
possint nec mala fascinare lingua.

VIII

MISER Catulle, desinas ineptire,
et quod uides perisse perditum ducas.
fulsere quondam candidi tibi soles,
cum uentitabas quo puella ducebat
amata nobis quantum amabitur nulla. 5
ibi illa multa cum iocosa fiebant,
quae tu uolebas nec puella nolebat,
fulsere uere candidi tibi soles.
nunc iam illa non uolt: tu quoque impote⟨ns noli⟩,

17 uersu *rmg*: uersum *V*

VII 1 quot α: quod *V* 4 lasarpici feris al. fretis *X*, lasarpici fecis
O tyrenis *O*, tyrenis *ut uidetur* *Gr*, tyrenis al. cyrenis *Rmg* 5
oradum *V*: corr. *r* 6 batti ed. *Rom.*: beati *O*, beati al. beari
X 9 basia] basiei *O*, basiei al. basia *X*
VIII 4 quo *rmg*: quod *V* 6 cum *V*: tum *Rmg* 9 impotens
r: impote *V* (imp- *X*) noli om. *V*: add. *Auantius*

CARMEN VIII

nec quae fugit sectare, nec miser uiue, 10
 sed obstinata mente perfer, obdura.
 uale, puella. iam Catullus obdurat,
 nec te requiret nec rogabit inuitam.
 at tu dolebis, cum rogaberis nulla.
 scelestas, uae te, quae tibi manet uita? 15
 quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
 quem nunc amabis? cuius esse diceris?
 quem basiabis? cui labella mordebis?
 at tu, Catulle, destinatus obdura.

IX

VERANI, omnibus e meis amicis
 antistans mihi milibus trecentis,
 uenistine domum ad tuos penates
 fratresque unanimos anumque matrem? 5
 uenisti. o mihi nuntii beati!
 uisam te incolumem audiamque Hiberum
 narrantem loca, facta, nationes,
 ut mos est tuus, applicansque collum
 iucundum os oculosque suauiabor.
 o quantum est hominum beatiorum, 10
 quid me laetius est beatiusue?

X

VARVS me meus ad suos amores
 uisum duxerat e foro otiosum,
 scortillum, ut mihi tum repente uisum est,

| | |
|---|--|
| 15 uae <i>B. Venator</i> : ne <i>V</i> | 18 cui <i>X</i> , cum <i>O</i> |
| IX 1 uerani ζ : ueranni <i>V</i> | e om. <i>O</i> |
| antistas <i>V</i> (antistes τ) | 2 antistans <i>Auantius</i> : |
| <i>Faernus</i> : sanamque <i>O</i> , suamque al. sanam <i>X</i> | 4 unanimos η : uno animo <i>V</i> anumque |
| X 1 uar(r)us γ : uarius <i>V</i> | 9 suabior <i>V</i> : corr. $\zeta\eta$ |
| mens <i>OGr</i> | 3 tum <i>Gr</i> : tunc <i>V</i> |

CATVLLI

non sane illepidum neque inuenustum.
 huc ut uenimus, incidere nobis 5
 sermones uarii, in quibus, quid esset
 iam Bithynia, quo modo se haberet,
 et quonam mihi profuisset aere.
 respondi id quod erat, nihil neque ipsis
 nec praetoribus esse nec cohorti, 10
 cur quisquam caput unctius referret,
 praesertim quibus esset irrumator
 praetor, nec faceret pili cohortem.
 ‘at certe tamen,’ inquiunt ‘quod illic
 natum dicitur esse, comparasti 15
 ad leticam homines.’ ego, ut puellae
 unum me facerem beatorem,
 ‘non’ inquam ‘mihi tam fuit maligne,
 ut, prouincia quod mala incidisset,
 non possem octo homines parare rectos.’ 20
 at mi nullus erat nec hic neque illic,
 fractum qui ueteris pedem grabati
 in collo sibi collocare posset.
 hic illa, ut decuit cinaediorem,
 ‘quaeso’, inquit ‘mihi, mi Catulle, paulum 25
 istos commoda: nam uolo ad Serapim
 deferri.’ ‘mane,’ inquiui puellae,
 ‘istud quod modo dixeram me habere,

7 se r: posse *V* 8 et quoniam *O*, et quoniam al. quonam *X*: ecquo-
 nam *Statius*, fortasse recte (cf. xxviii. 6) aere ζ : here *V* 9 neque
 1472, nec ipsis $\zeta\eta$: neque nec in ipsis *V* (al. neque ipsis nec *G*, al.
 neque ipsis *R*), neque in ipsis *mg* 10 nec (*I^o*) *om.* *R* (al. nec *in*
margine): nunc *Westphal* 11 referet *R* 13 nec *O*, non al. nec *X*
 facerent *r* 16 leticam hominis *V* 22 fractum qui *r*: fractum-
 que *V* 24 decuit θ : docuit *V* 26 com(m)oada *X*, comodam *O*
 sarapim al. -e- (i.e. serapim) *G* 27 deserti *O*, deserti al. deferri *X*
 inquiui *Scaliger*: me inquit *V*

CARMEN X

fugit me ratio: meus sodalis—
 Cinna est Gaius,—is sibi parauit. 32
 uerum, utrum illius an mei, quid ad me?
 utor tam bene quam mihi pararim.
 sed tu insulsa male et molesta uiuis,
 per quam non licet esse neglegentem.'

XI

FVR et Aureli, comites Catulli,
 siue in extremos penetrabit Indos,
 litus ut longe resonante Eoa
 tunditur unda,
 siue in Hyrcanos Arabasue molles, 5
 seu Sagas sagittiferosue Parthos,
 siue quae septemgeminus colorat
 aequa Nilus,
 siue trans altas gradietur Alpes,
 Caesaris uisens monimenta magni,
 Galicum Rhenum horribile aequor ulti- 10
 mosque Britannos,
 omnia haec, quaecumque feret uoluntas
 caelitum, temptare simul parati,
 pauca nuntiate meae puellae 15
 non bona dicta.
 cum suis uiuat ualeatque moechis,
 quos simul complexa tenet trecentos,

30 cinna est caius 1473: cuma est grauis V 31 ad r: a V
 33 tu insulsa r: tulsa O, tu insula X

XI 2 penetrauit V: corr. 1473 3 ut] ubi r resonans Statius
 eoia X, coa O 5 arabaesque G, -esque R 6 seu θ: siue V
 sagas α, sacas 1472: sagax V 7 quae V: qua η 8 equora X,
 epra O 9 siue X, sui O 11 horribile aequor Haupt: horribilesque
 V (-que del. r) 11/12 ulti/mosque rmg: /ultimosque V 13 feret
 η: fere V

nullum amans uere, sed identidem omnium
 ilia rumpens; 20
 nec meum respectet, ut ante, amorem,
 qui illius culpa cecidit uelut prati
 ultimi flos, praetereunte postquam
 tactus aratro est.

XII

MARRVCINE Asini, manu sinistra
 non belle uteris: in ioco atque uino
 tollis lintea neglegentiorum.
 hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
 quamuis sordida res et inuenusta est. 5
 non credis mihi? crede Pollioni
 fratri, qui tua furta uel talento
 mutari uelit: est enim leporum
 differtus puer ac facetiarum.
 quare aut hendecasyllabos trecentos
 exspecta, aut mihi linteum remitte,
 quod me non mouet aestimatione,
 uerum est mnemosynum mei sodalis. 10
 nam sudaria Saetaba ex Hiberis
 miserunt mihi muneri Fabullus
 et Veranius: haec amem necesse est 15
 ut Veraniolum meum et Fabullum.

22 qui ζη: cui *V*

| | |
|--|---|
| XII 1 matrucine <i>V</i> : corr. <i>Partb</i> | 2 uteris:] <i>ita distinxit X, tacet</i> |
| <i>O</i> ioco al. loco <i>X</i> , loco <i>O</i> | 4 salsum al. falsum <i>G</i> , falsum al. sal- |
| sum <i>OR</i> (<i>cf. xiv. 16, xxx. 1</i>) | 7 frater <i>O</i> 8 uoluit <i>O</i> 9 differtus |
| <i>Passerat</i> : dissertus <i>O</i> , disertus <i>X</i> | 13 est mnemosinon <i>Calph.</i> : est |
| nemo sinum <i>X</i> , nemo est sinum <i>O</i> | 14 settaba <i>O</i> , sethaba <i>X</i> ex |
| hiberis 1472 (-eis <i>Lachmann</i>): exhibere <i>V</i> | 15 numeri <i>O</i> , numeri al. |
| muneri <i>X</i> 16 hec al. hoc <i>R</i> | amem δ: ameni <i>V</i> (almeni <i>R</i>) |
| 17 ut θ: et <i>V</i> | |

CARMEN XIII

XIII

CENABIS bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di fauent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
et uino et sale et omnibus cachinnis. 5
haec si, inquam, attuleris, uenuste noster,
cenabis bene; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
sed contra accipies meros amores
seu quid suauius elegantiusue est: 10
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

XIV

Ni te plus oculis meis amarem,
iucundissime Calue, munere isto
odissem te odio Vatiniano:
nam quid feci ego quidue sum locutus,
cur me tot male perderes poetis? 5
isti di mala multa dent clienti,
qui tantum tibi misit impiorum.
quod si, ut suspicor, hoc nouum ac repertum
munus dat tibi Sulla litterator,

XIV 9 *Martianus Capella* iii. 229 hoc etiam Catullus quidam, non
insuauis poeta, commemorat dicens ‘munus dat tibi Sylla litterator’.

XIII 6 inquam δ: unquam *V* 8 saculus *V* 9 meros *X*, meos

O 10 quid γ: qui *O*, qui al. quod *X*

XIV 1 ni δ (nei *Lachmann*): ne *V* 5 male 1472: malis *V* 6
dent ζη: dant *V* 9 sulla δ: si illa *V*

non est mi male, sed bene ac beate,
quod non dispereunt tui labores.
di magni, horribilem et sacrum libellum!
quem tu scilicet ad tuum Catullum
misti, continuo ut die periret,
Saturnalibus, optimo dierum!
non non hoc tibi, false, sic abibit.
nam, si luxerit, ad librariorum
curram scrinia, Caesios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam uenena,
ac te his suppliciis remunerabor.
uos hinc interea ualete abite
illuc, unde malum pedem attulistis,
saecli incommoda, pessimi poetae.

10
15
20XIV^b

Si qui forte mearum ineptiarum
lectores eritis manusque uestras
non horrebitis admouere nobis,

* * *

XV

COMMENDO tibi me ac meos amores,
Aureli. ueniam peto pudentem,
ut, si quicquam animo tuo cupisti,
quod castum expeteres et integellum,

15 *Macrobius, sat. ii. 1. 8 'Sat. opt. dierum'*, ut ait Veronensis poeta.

| | | | |
|--|--|--|------|
| 10 mi η: mi(c)hi <i>V</i> | 14 misti η: misisti <i>V</i> | 15 opimo al. | |
| optimo <i>X</i> , oppinio <i>O</i> | 16 hoc γδ: hec <i>V</i> | false <i>OR</i> , salse al. false <i>G</i> | |
| sic γδ: fit <i>OG</i> , sit <i>Rmg</i> | abibit <i>rmg</i> : adhibit <i>O</i> , adbhibit <i>X</i> | 17 | |
| luserit al.-x- <i>G</i> | 18 curram δ: curam <i>O</i> , cur tam <i>X</i> | scrinea | |
| <i>Rmg</i> | 19 suphenum 1472: suffenam <i>V</i> | 20 ac α: hac <i>V</i> | tibi |
| hiis supplitus <i>O</i> | 23 secli η: seculi <i>V</i> | | |

XIV^b a praecedentibus seiunixerunt *B. Guarinus et Auantius*. 'In codice antiquo non leguntur hic' nescio quis in cod. Parisino lat. 8458 saec. xv exeuntis; similiter Romanus Corsinianus 43. D. 20

CARMEN XV

conserues puerum mihi pudice, 5
 non dico a populo—nihil ueremur
 istos, qui in platea modo huc modo illuc
 in re praetereunt sua occupati,—
 uerum a te metuo tuoque pene
 infesto pueris bonis malisque. 10
 quem tu qua lubet, ut lubet, moueto
 quantum uis, ubi erit foris paratum:
 hunc unum excipio, ut puto, pudenter.
 quod si te mala mens furorque uecors
 in tantam impulerit, scelestè, culpam, 15
 ut nostrum insidiis caput laccessas,
 a tum te miserum malique fati!
 quem attractis pedibus patente porta
 percurrent raphanique mugilesque.

XVI

P E D I C A B O ego uos et irrumabo,
 Aureli pathice et cinaede Furi,
 qui me ex uersiculis meis putastis,
 quod sunt molliculi, parum pudicum.
 nam castum esse decet pium poetam 5
 ipsum, uersiculos nihil necesse est;
 qui tum denique habent salem ac leporem,
 si sunt molliculi ac parum pudici,

XVI 5-8 citat Plinius, epist. iv. 14. 5; 5-6 Apuleius, apologia 11.

XV 10 bonis η: bonisque *V* (cf. vi. 15) 11 ut libet 1472: ut al.
 iubet *O*, ut iubet *G*, om. *R* (al. ut iubet *in margine*) 13 pudenter *O*,
 prudenter *G* (al. pudenter *add. g*), pudenter al. prudenter *Rm* 16
 nostrum *G*: nostrorum *V* 17 a] ha *O*, ah *X* tum] tamen *O*,
 tamen al. tum *X*

XVI 1 et 14 pedicabo β: dedicabo *V* 3 me rmg: mi *V* 7 tum]
 tamen *O*, tamen al. tum *X*: tunc *Plinius* ac *V*: et *Plinius* 8 sunt
Plinius: sint *V* ac *V*: et *Plinius*

CATVLLI

et quod pruriat incitare possunt,
non dico pueris, sed his pilosis
qui duros nequeunt mouere lumbos.
uos, quod milia multa basiorum
legistis, male me marem putatis?
pedicabo ego uos et irrumabo.

10

XVII

O COLONIA, quae cupis ponte ludere longo,
et salire paratum habes, sed uereris inepta
crura ponticuli axulis stantis in rediuiuis,
ne supinus eat cauaque in palude recumbat:
sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
in quo uel Salisubsali sacra suscipiantur,
munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.
quendam municipem meum de tuo uolo ponte
ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,
uerum totius ut lacus putidaeque paludis
liuidissima maximeque est profunda uorago.
insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
bimuli tremula patris dormientis in ulna.
cui cum sit uiridissimo nupta flore puella
et puella tenellulo delicatior haedo,
adseruanda nigerrimis diligentius uuis,
ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,
nec se subleuat ex sua parte, sed uelut alnus

5

10

15

12 uos quod] hosque *O*, uosque *G*, uosque al. hos al. quod *R*: uos qui δ
XVII 1 o culonia que δ (colonia quae θ): oculo in aque *V* ludere
ed. Rom. (loedere *Scaliger*): ledere *V* 3 axulis *Hand* (acsuleis *Ellis*),
assulis *Statius*: ac sulcis *V* 3 stantis *Vossius*: tantis *V* 6 suscipiant
V: corr. *Auantius* 10 putidaeque θ: pudiceque *V* paludis η:
paludes *V* 14 cui cum *Pall.* (quo cum *Scaliger*, quo iam θ): cui
iocum *V* 15 et δ: ut *V* edo *V* 17 uni al. uim *R* 18 se
1472: me *V*

CARMEN XVII

in fossa Liguri iacet supvernata securi,
 tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam; 20
 talis iste meus stupor nil uidet, nihil audit,
 ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.
 nunc eum uolo de tuo ponte mittere prounum,
 si pote stolidum repente excitare ueternum,
 et supinum animum in graui derelinquere caeno, 25
 ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

XXI

AVRELI, pater esuritionum,
 non harum modo, sed quot aut fuerunt
 aut sunt aut aliis erunt in annis,
 pedicare cupis meos amores.
 nec clam: nam simul es, iocaris una, 5
 haerens ad latus omnia experiris.
 frustra: nam insidias mihi instruentem
 tangam te prior irrumatione.
 atque id si faceres satur, tacerem:
 nunc ipsum id doleo, quod esurire 10

XVII 19 citat sub uoce 'supernati' Festus p. 396 L.

XVIII-XX: Huc intrusit Muretus anno MDLIV carmina tria, 'Hunc lucum' (fragmentum i) et 'Hunc ego', 'Ego haec' quae libro Catalepton Vergiliano praefigi solent, inter Priapeia lxxxvi et lxxxv numerantur; exulare iussit Lachmann anno MDCCCXXIX.

19 superata V: corr. Statius 21 meus V: merus Passerat
 (fortasse recte, cf. xiii. 9) nil] nichil V 22 qui V: quid mg
 23 nunc cum X (al. hunc eum R), nunc uolo O 24 potest olidum
 V: corr. Victorius excitare ζη: exitare V 25 delinquere X
 26 nulla X

XXI 1 exuricionum V 4 dedicare V: corr. δ 5 es iocaris cod.
 Berol. anni mcccclxiii: exiocaris V 6 haeres Muretus experiris ed.
 Rom.: experibis V (-bus al. -bis G) 8 irrumatione V: corr. ζη
 9 id si δ: ipsi V 10 esuriere OI, exurire X

CATVLLI

me met puer et sitire discet.
quare desine, dum licet pudico,
ne finem facias, sed irrumatus.

XXII

SVFENVS iste, Vare, quem probe nosti,
homo est uenustus et dicax et urbanus,
idemque longe plurimos facit uersus.
puto esse ego illi milia aut decem aut plura
perscripta, nec sic ut fit in palimpseston
relata: cartae regiae, noui libri,
noui umbilici, lora rubra membranae,
derecta plumbo et pumice omnia aequata.
haec cum legas tu, bellus ille et urbanus
Suffenus unus caprimulgus aut fossor
rursus uidetur: tantum abhorret ac mutat.
hoc quid putemus esse? qui modo scurra
aut si quid hac re scitius uidebatur,
idem infaceto est infacetior rure,
simul poemata attigit, neque idem umquam
aeque est beatus ac poema cum scribit:
tam gaudet in se tamque se ipse miratur.
nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam
quem non in aliqua re uidere Suffenum

11 me me *V*: meus iam 1473, meus mi *B. Venator* (mei *Schwabe*)
12 desinat *V*: corr. θ 13 ne 1472 (nei *Baehrens*): nec *V* irru-
minatus sum *V*: corr. $\bar{\eta}$

XXII 3 idemque al. itemque *G* 5 sic δ : sit *V* palimpsesto 1473
(-ton *Marcilius*): palmisepto *V* 6 noui 1473 (nouei *Lachmann*),
nouem β : noue *V* 7 membrane *V*: membrana *Auantius* 8 de-
recta *Statius*: detecta *V* 13 scitius *L. Mueller*, tritus *Pontanus*,
tersius *Peiper*: tristius *V* 14 infacetior θ : infaceto *V* 15 neque
X, uel neque nec *O* (cf. xxiii. 2) 16 ac β : ha *V* 17 tamquam
V: corr. *r* 18 neque *X*, nec *O*

CARMEN XXII

possis. suus cuique attributus est error; 20
sed non uidemus manticae quod in tergo est.

XXIII

FVRI, cui neque seruus est neque arca
nec cimex neque araneus neque ignis,
uerum est et pater et nouerca, quorum
dentes uel silicem comesse possunt,
est pulcre tibi cum tuo parente 5
et cum coniuge lignea parentis.
nec mirum: bene nam ualetis omnes,
pulcre concoquitis, nihil timetis,
non incendia, non graues ruinas,
non facta impia, non dolos ueneni, 10
non casus alios periculorum.
atqui corpora sicciora cornu
aut siquid magis aridum est habetis
sole et frigore et esuritione.
quare non tibi sit bene ac beate? 15
a te sudor abest, abest saliuia,
mucusque et mala pituita nasi.
hanc ad munditiem adde mundiorem,
quod culus tibi purior salillo est,
nec toto decies cacas in anno; 20
atque id durius est faba et lapillis,

XXII 21 citat Porphyriion ad Horati serm. ii. 3. 299.

XXIII 1 Furei *V* seruo *O*, seruo al. seruus *X* (*post est RI*) 2
neque (10)] al. neque *O*, animal neque *X* (*babuitne nec al. neque V?*) 2
7 nec *G* (ni *g*), ne *O*, ne al. nec *R* 9 ruinas *G*, minas *OR* 10
facta *V*: fata *g*, furta *Haupt* (*cf. lxviii. 140*) 12 atqui *η*: aut qui
V 13 aridum magis *V*: *corr. 1472* 15 sit *O*, si *X* 16 abest
alterum om. *O* 17 muc(c)usque *ζη*: muccusue *V* 19 cuius *V*:
cuius al. culus *R*, culus al. cuius *mg* 21 lupillis *Gulielmius*

CATVLLI

quod tu si manibus teras fricesque,
non umquam digitum inquinare posses.
haec tu commoda tam beata, Furi,
noli spernere nec putare parui,
et sestertia quae soles precari
centum desine: nam sat es beatus. 25

XXIV

O qvi flosculus es Iuuentiorum,
non horum modo, sed quot aut fuerunt
aut posthac aliis erunt in annis,
mallem diuitias Midae dedisses
isti, cui neque seruus est neque arca,
quam sic te sineres ab illo amari. 5
'qui? non est homo bellus?' inquieris. est:
sed bello huic neque seruus est neque arca.
hoc tu quam lubet abice eleuaque:
nec seruum tamen ille habet neque arcum. 10

XXV

CINAED^E Thalle, mollier cuniculi capillo
uel anseris medullula uel imula oricilla
uel pene languido senis situque araneoso,
idemque, Thalle, turbida rapacior procella,

24 tu η: tua *V* 27 sat es beatus *Calph.*, satis beatu's *Bergk*: satis
beatus *V*

XXIV 1 es η: est *V* 2 quot β: quod *V* 4 Midae dedisses
Vossius: mi dededisses *O*, mi dedisses *X* 5 qui *V* (qui al. cui *Rmg*)
neque (1^o)] nec *O*, neque *G* (al. nec *add. g*), nec al. neque *Rm* neque
(2^o)] nec al. neque *R* 7 qui *X*, quid *O* 9 hec *G* quam *O*,
qua *G*, quam al. qua *R*

XXV 1 et 4 talle *V* 2 medulla *X* oricilla *Scaliger*: moricula *O*,
moricilla *G*, moricula al. moricilla *R* 3 anracoroso *O*, arancoroso *X*
(al. araneoso *add. Rmg*)

CARMEN XXV

cum diua †mulier aries† ostendit oscitantes, 5
 remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,
 sudariumque Saetabum catagraphosque Thynos,
 inepte, quae palam soles habere tamquam auita.
 quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,
 ne laneum latusculum manusque mollicellas 10
 inusta turpiter tibi flagella conscribillent,
 et insolenter aestues, uelut minuta magno
 deprena nauis in mari, uesaniente uento.

XXVI

FVRI, uillula uestra non ad Austri
 flatus opposita est neque ad Fauoni
 nec saeui Boreae aut Apheliotae,
 uerum ad milia quindecim et ducentos.
 o uentum horribilem atque pestilentem! 5

XXVII

MINISTER uetuli puer Falerni
 inger mi calices amariores,
 ut lex Postumiae iubet magistrae
 ebrioso acino ebriosioris.

XXVII 1-4 *Aulus Gellius vi. 20. 6 (ut correxit Haupt)* Catullus quoque
 elegantissimus poetarum in hisce uersibus ‘Minister . . . magistrae / ebria
 acina (ebriose ac in *codd.*) ebriosioris’, cum dicere ‘ebrio’ (*ebriosi codd.*)

5 diua] luna *Heyse* mulier aries *O*, mulier alios al. aues uel aries *G*,
 mulier aues al. aries uel alios *R*: munerarios *Lachmann*, mulierarios *Haupt*
 ostendit *Rmg*: ostendet *V* 7 sathabum *O*, saethabum *G*, sathabum
 al. sethabum *R* cathagraphosque thinos *V* 11 inusta *Calph.*:
 insula *V* conscribilent *V* 12 minuta ε: inimica *V* 13 deprehensa *X*

XXVI 1 uestra *O*, nostra *X* 2 uersum om. *O* fauonii *X*

XXVII 2 inger *Parth. ex Gellio*: ingere *V* 4 ebriose (-sae 1473, -so
 agnoscit *Gellius*) acino *V*: ebria acina *Haupt*, ebriosa acina *Parth.*

CATULLI

at uos quo lubet hinc abite, lymphae,
uini pernicies, et ad seueros
migrate. hic merus est Thyonianus.

5

XXVIII

PISONIS comites, cohors inanis,
aptis sarcinulis et expeditis,
Verani optime tuque mi Fabulle,
quid rerum geritis? satisne cum isto
uappa frigoraque et famem tulistis?
ecquidnam in tabulis patet lucelli
expensum, ut mihi, qui meum secutus
praetorem refero datum lucello?
o Memmi, bene me ac diu supinum
tota ista trabe lentus irrumasti.
sed, quantum uideo, pari fuistis
casu: nam nihilo minore uerpa
farti estis. pete nobiles amicos!
at uobis mala multa di deaeque
dent, opprobria Romuli Remique.

5

10

15

posset, quod erat usitatus acinum in neutro genere appellare, amans tamen
hiatus illius Homerici suauitatem 'ebriam' (*ebriosam codd.*) dixit propter
insequentis 'a' litterae concentum. qui 'ebriosa' (*ebrios codd.*) autem
Catullum dixisse putant aut 'ebrioso' (*ebriosos codd.*)—nam id quoque
temere scriptum inuenitur—in libros scilicet de corruptis exemplaribus
factos inciderunt.

5 at *X*, ad *O* quod iubet *V*: corr. θ

| | | |
|--|---|---------------------------------------|
| XXVIII 4 satisue <i>O</i> | 6 et quid nam <i>V</i> | 6-8 locus suspectus |
| 9 o memi 1473: omne mi <i>O</i> , omnem mi <i>X</i> (om̄ mi <i>V</i>) | | 10 trabe <i>r</i> : |
| trahe <i>V</i> tentus <i>Vossius</i> | 11 pari <i>O</i> , parum al. pari <i>X</i> | fuisti <i>V</i> : |
| corr. <i>r</i> | 12 urpa <i>O</i> , uerba <i>G</i> , uerba al. uerpa uel urpa <i>R</i> | 14 nobis |
| <i>V</i> (nobis al. uobis <i>R</i>): uobis al. nobis <i>mg</i> | | 15 romule <i>O</i> , romulei <i>X</i> |

CARMEN XXIX

XXIX

QVIS hoc potest uidere, quis potest pati,
 nisi impudicus et uorax et aleo,
 Mamurram habere quod Comata Gallia
 habebat uncti et ultima Britannia?
 cinaede Romule, haec uidebis et feres? 5
 et ille nunc superbus et superfluens
 perambulabit omnium cubilia,
 ut albulus columbus aut Adoneus?
 cinaede Romule, haec uidebis et feres?
 es impudicus et uorax et aleo. 10
 eone nomine, imperator unice,
 fuisti in ultima occidentis insula,
 ut ista uestra diffututa mentula
 ducenties comesset aut trecenties?
 quid est alid sinistra liberalitas? 15
 parum expatrauit an parum elluatus est?
 paterna prima lacinata sunt bona,
 secunda praeda Pontica, inde tertia
 Hibera, quam scit amnis aurifer Tagus:
 nunc Galliae timetur et Britanniae. 20
 quid hunc malum fouetis? aut quid hic potest

XXIX 1-2 citat Quintilianus, inst. orat. ix. 4. 141; cf. Suetonium, Diuus Iulius 73. 3 Plinius, hist. nat. xxxvi. 48 Hic namque est Mamurra Catulli Veroniensis carminibus proscissus, quem . . . domus ipsius clarissimus Catullus dixit habere quidquid habuisse Comata Gallia.

| | | |
|---|--|---|
| XXIX 3 mamurram θ: | nam murram <i>V</i> | 4 uncti <i>Faernus</i> , ante |
| <i>Statius</i> : cum te <i>V</i> | 7 perambulauit <i>V</i> : corr. <i>ζ</i> | 8 adoneus |
| <i>Statius</i> : ydoneus <i>V</i> (idon- <i>R</i>) | 13 uestra <i>ζ</i> : nostra <i>V</i> | diffututa <i>η</i> : |
| diffutura <i>V</i> | 14 comesset <i>r</i> : comesset <i>O</i> , comeset <i>X</i> | 15 alid |
| <i>Statius</i> : alit <i>V</i> | 16 parum (<i>I^o</i>) <i>X</i> , partum <i>O</i> | 17 prima <i>Auan-</i> |
| sit <i>X</i> | 19 libera <i>O</i> | <i>tius</i> ³ et, teste <i>Statio</i> , <i>Hadrianus</i> : primum <i>V</i> |
| amnis δ: amni <i>V</i> | 20 nunc γ (<i>repugnantibus tamen numeris</i>): | scit <i>O</i> , |
| hunc <i>V</i> | 21 hic α: hinc <i>V</i> | |

CATVLLI

nisi uncta deuorare patrimonia?
eone nomine turbis opulentissime
socer generque, perdidistis omnia?

XXX

ALFENE immemor atque unanimis false sodalibus,
iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi?
iam me prodere, iam non dubitas fallere, perfide?
nec facta impia fallacum hominum caelicolis placent.
quae tu neglegis ac me miserum deseris in malis. 5
eheu quid faciant, dic, homines cuiue habeant fidem?
certe tute iubebas animam tradere, inique, ⟨me⟩
inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent.
idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia factaque
uentos irrita ferre ac nebulas aereas sinis. 10
si tu oblitus es, at di meminerunt, meminit Fides,
quae te ut paeniteat postmodo facti faciet tui.

XXXI

PAENE insularum, Sirmio, insularumque
ocelle, quascumque in liquestibus stagnis
marique uasto fert uterque Neptunus,
quam te libenter quamque laetus inuiso,

XXIX 24 Cf. librum Vergilianum Catalepton vi. 6 gener socerque perdidistis omnia.

23 urbis o piissime Lachmann, orbis, o piissimei Haupt

XXX 1 alphene *V* false δ: salse *V* 2 nil 1472: nichil *V* 3 non codex Antenoris Balbi: non me *V* Post bunc uersum duos excidisse credit Ellis 5 quae] que *V*: quos *B. Guarinus*, quod *L. Mueller* 6 eheu *Pall.*: o heu *V* dic *Auantius*³, dice *Ellis*: dico *V* cuiue *rmg*: cuine *V* 7 me add. *B. Guarinus et Auantius* 8 tuta omnia β: omnia *O*, omnia tuta *X* 9 idem *O*, inde *G*, inde al. idem *R* 10 uento *V*: corr. δ 11 at ζη: ut *V* meminerunt] meminere, at e codice nescio quo *Muretus*

XXXI 3 neptumnus *X* 4 libente *V*: corr. β

CARMEN XXXI

uix mi ipse credens Thuniam atque Bithunos 5
 liquisse campos et uidere te in tuto.
 o quid solutis est beatius curis,
 cum mens onus reponit, ac peregrino
 labore fessi uenimus larem ad nostrum,
 desideratoque acquiescimus lecto? 10
 hoc est quod unum est pro laboribus tantis.
 salue, o uenusta Sirmio, atque ero gaude
 gaudente, uosque, o Lyiae lacus undae,
 ridete quidquid est domi cachinnorum.

XXXII

A M A B O, mea dulcis Ipsitilla,
 meae deliciae, mei lepores,
 iube ad te ueniam meridiatum.
 et si iusseris, illud adiuuato,
 ne quis liminis obseret tabellam, 5
 neu tibi lubeat foras abire,
 sed domi maneas paresque nobis
 nouem continuas fututiones.
 uerum si quid ages, statim iubeto:
 nam pransus iaceo et satur supinus 10
 pertundo tunicamque palliumque.

XXXIII

O F V R V M optime balneariorum
 Vibenni pater et cinaede fili

5 mi η : mihi *V* crederis *G* (al. credens *add. g*) Thuniam *Schwabe*
 (thyniam *iam B. Guarinus*): thimiam *V* Bithunos *Schwabe* (bithynos
iam m, -inos g): bithinios *V* 12 hero al. bero *R* 13 gaudente
Bergk: gaude *O*, gaudete *X* uosque (*nisi potius uosque o*) η : uos quoque *V*
 XXXII 1 mea *Rmg*: meas *V* 1 Ipsitilla post *Italos Buecheler*: ipsi illa
O, ipsithila *X* (al. ipsicilla *R*) 4 adiubeto *Turnebus* 5 luminis *O*
 6 libeat *Ri*, lube *O*

CATVLLI

(nam dextra pater inquinatiore,
culo filius est uoraciore),
cur non exilium malasque in oras
itis? quandoquidem patris rapinae
notae sunt populo, et natis pilosas,
fili, non potes asse uenditare.

5

XXXIV

DIANA sumus in fide
puellae et pueri integri:
⟨Dianam pueri integri⟩
puellaeque canamus.
o Latonia, maximi
magna progenies Iouis,
quam mater prope Deliam
deposituit oliuam,
montium domina ut fores
siluarumque uirentium
saltuumque reconditorum
amniumque sonantum:
tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
tu potens Triuia et notho es
dicta lumine Luna.
tu cursu, dea, menstruo
metiens iter annum,

10

15

| | |
|---|----------------------------------|
| XXXIII 4 uoratiore <i>V</i> (al. uolantiore <i>Rmg</i>) | 5 horas β : horas <i>V</i> |
| 8 potest asse uendicare <i>V</i> : corr. η (asse <i>iam</i> ϵ) | |
| XXXIV 3 uersum om. <i>V</i> : Diana pueri integri ‘in uetustiore exemplari inuentum’ restituit Pall. (idem teste Perreio Pontanus), Dianam <i>Auantius</i> ³ | |
| 8 deposituit <i>V</i> : corr. Pall. 12 amniumque cod. <i>Pisaurensis</i> : omnium- que <i>V</i> (omnium <i>X</i>) sonantium <i>V</i> : corr. Pall. 15 notho es <i>V</i> (al. et noto es <i>Rmg</i>): notho’s (et solita’s u. 23) <i>L. Mueller</i> 17 menstrua <i>V</i> : | |
| <i>corr. B. Guarinus</i> | |

CARMEN XXXIV

rustica agricolae bonis
 tecta frugibus exples.
 sis quocumque tibi placet
 sancta nomine, Romulique,
 antique ut solita es, bona
 sospites ope gentem.

20

XXXV

POETAE tenero, meo sodali,
 uelim Caecilio, papyre, dicas
 Veronam ueniat, Noui relinquens
 Comi moenia Lariumque litus.
 nam quasdam uolo cogitationes
 amici accipiat sui meique.
 quare, si sapiet, uiam uorabit,
 quamuis candida milies puella
 euntem reuocet, manusque collo
 ambas iniciens roget morari.
 quae nunc, si mihi uera nuntiantur,
 illum deperit impotente amore.
 nam quo tempore legit incohatam
 Dindymi dominam, ex eo misellae
 ignes interiorem edunt medullam.
 ignosco tibi, Sapphica puella
 musa doctior; est enim uenuste
 Magna Caecilio incohata Mater.

5

10

15

XXXV 12 citat Charisius, ars gramm. (p. 134 K.).

21 sis quecumque t. placet *O*, scis quecumque t. placent *X* (al. sis quo-cumque t. placet *Rmg*)

XXXV 2 cecilio *V* (occilio *O*) 4 menia *Rmg*: ueniam *O*, meniam
G 11 mihi si *R* 12 inpotente $\zeta\eta$ et amore *rmg* (*ita Charisius*):
 impotentem amorem *V* 13 legit 1472: eligit *O*, elegit *X* in-
 cohatam *B. Guarinus*, inchoatam *Pall.*: indotatam *V* 18 cecilia *V*:
 corr. 1473

CATVLLI

XXXVI

ANNALES Volusi, cacata carta,
 uotum soluite pro mea puella.
 nam sanctae Veneri Cupidinique
 uouit, si sibi restitutus essem
 desissemque truces uibrare iambos, 5
 electissima pessimi poetae
 scripta tardipedi deo daturam
 infelicibus ustulanda lignis.
 et hoc pessima se puella uidit
 iocose lepide uouere diuis. 10
 nunc o caeruleo creata ponto,
 quae sanctum Idalium Vriosque apertos
 quaeque Ancona Cnidumque harundinosam
 colis quaeque Amathunta quaeque Golgos
 quaeque Durrachium Hadriae tabernam, 15
 acceptum face redditumque uotum,
 si non illepidum neque inuenustum est.
 at uos interea uenite in ignem,
 pleni ruris et inficiarum
 annales Volusi, cacata carta. 20

XXXVII

SALAX taberna uosque contubernales,
 a pileatis nona fratribus pila,

XXXVII 1 *citat Atilius Fortunatianus, ars (p. 293 K.).*

XXXVI 1 et 20 annales uolusi θ: anuale (annuale *X*) suo lusi *V* 5 de-
 dissemque *V*: corr. *Auantius* 10 ioco se lepido *Scaliger* diuis ζη:
 se diuis *V* 11 o om. *O* poncto *O*, punto *X* 12 adalium *O*,
 adalium al. ydalium *X* utriosque al. uriosque *G* 13 gnidumque
V 14 colis quaeque ζη: colisque *V* golgos *H. Barbarus* (*teste*
Mureto ad lxiv. 96): alcōs *V* 15 durachium *V* 18 uenite al.
 uenire *R* 19 ruris *Pall.*: turis *V*

XXXVII 2 pileatis *rmg*

CARMEN XXXVII

solis putatis esse mentulas uobis,
 solis licere, quidquid est puellarum,
 confutuere et putare ceteros hircos ? 5
 an, continenter quod sedetis insulsi
 centum an ducenti, non putatis ausurum
 me una ducentos irrumare sessores ?
 atqui putate: namque totius uobis
 frontem tabernae sopionibus scribam. 10
 puella nam mi, quae meo sinu fugit,
 amata tantum quantum amabitur nulla,
 pro qua mihi sunt magna bella pugnata,
 consedit istic. hanc boni beatique
 omnes amatis, et quidem, quod indignum est, 15
 omnes pusilli et semitarii moechi;
 tu praeter omnes une de capillatis,
 cuniculosae Celtiberiae fili,
 Egnati, opaca quem bonum facit barba
 et dens Hibera defricatus urina. 20

XXXVIII

MALEST, Cornifici, tuo Catullo,
 malest, me hercule, et laboriose,
 et magis magis in dies et horas.
 quem tu, quod minimum facillimumque est,
 qua solatus es allocutione ? 5

17-18 *Priscianus, inst. v. 77 et vii. 22.*

5 confutere *V*: corr. *η* 11 nam mi *Heinsius* (mei *Schwabe*) *uix*
latine (*cf. xxi. 11*), namque *Auantius*: nam me *V* 16 semitani *V*:
corr. rmig 17 une *V*: uno al. une *m* (al. uno *add. g*) 18 celti-
beri X 20 et *X*, e *O*

XXXVIII 1 malest *Lachmann* (male est *iam Calph.*): male est si *V* cor-
 nifici *Auantius*: carnifici *V* 2 malest *Lachmann*: male si *V* (male est
 si *r*), *cf. lxii. 8* et *V*: ei et *Lachmann*, et est *Sillig*

CATVLLI

irascor tibi. sic meos amores?
paulum quid lubet allocutionis,
maestius lacrimis Simonideis.

XXXIX

Egnatius, quod candidos habet dentes,
renidet usque quaque. si ad rei uentum est
subsellium, cum orator excitat fletum,
renidet ille; si ad pii rogum fili
lugetur, orba cum flet unicum mater, 5
renidet ille. quidquid est, ubicumque est,
quodcumque agit, renidet: hunc habet morbum,
neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.
quare monendum est <te> mihi, bone Egnati.
si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs 10
aut pinguis Vmber aut obesus Etruscus
aut Lanuuinus ater atque dentatus
aut Transpadanus, ut meos quoque attingam,
aut quilubet, qui puriter lauit dentes,
tamen renidere usque quaque te nolle: 15
nam risu inepto res ineptior nulla est.
nunc Celtiber <es>: Celtiberia in terra,
quod quisque minxit, hoc sibi solet mane

XXXIX 11 *Liber Glossarum (Glossaria Latina i. 443 Lindsay, Corpus Gloss. Lat. v.233 Goetz)* Pinguis: crassus. nam obesus plus est quam pinguis. Catulus ait ‘aut pinguis ubera aut obesus et grossus’.

| | | | |
|---|---|---------------------------------|-------|
| XXXIX 2 si] sei <i>O</i> , seu <i>G</i> , seu al. sei <i>R</i> | 3 subscellum <i>O</i> , sub- | | |
| sellum <i>X</i> excitat orator <i>V</i> : corr. <i>θ</i> | 4 pii <i>X</i> (al. impii <i>Rmg</i>), impii | | |
| <i>O</i> rogum <i>α</i> : regum <i>V</i> filii <i>V</i> | 9 mon. est te <i>Maebly</i> , mon. te | | |
| est <i>Spengel</i> , monendus es <i>Calpb.</i> | 11 pinguis <i>ex glossario Lindsay</i> : | | |
| parcus <i>V</i> etruscus <i>g</i> : et truscus <i>V</i> (al. etruscus <i>Rm</i>) | 12 lamiuinus | | |
| <i>V</i> : corr. <i>m</i> | 13 ut <i>ε</i> : aut <i>V</i> | 14 pariter al. puriter <i>R</i> | 17 es |
| add. <i>Corr. de Allio</i> | | | |

CARMEN XXXIX

dentem atque russam defricare gingiuam,
ut, quo iste uester expolitior dens est, 20
hoc te amplius bibisse praedicet loti.

XL

QVAENAM te mala mens, miselle Rauide,
agit praecipitem in meos iambos?
quis deus tibi non bene aduocatus
uecordem parat excitare rixam?
an ut peruenias in ora uulgi? 5
quid uis? qualubet esse notus optas?
eris, quandoquidem meos amores
cum longa uoluisti amare poena.

XLI

AMEANA puella defututa
tota milia me decem poposcit,
ista turpiculo puella naso,
decoctoris amica Formiani.
propinqui, quibus est puella curae,
amicos medicosque conuocate: 5
non est sana puella, nec rogare
qualis sit solet aes imaginosum.

19 *Apuleius, apologia* 6 ut ait Catullus . . . ‘dentem atque russam pumicare gingiuam’.

19 rusam *V* 20 noster *O* expolitior *g*: expolitor *V* (al. expolitior *Rm*) 21 loti *cod. Pisaurensis*: lotus *V*
 XL 1 raude *Itali* 3 auocatus *V*: corr. *mg* 5 perueniamus
V: corr. *θ* 8 pena *O*, poema *G*, poema al. poena *Rmg*
 XLI 1 A me an a *V*, *uix sanabile* defutura *R* 4 formani *V*
corr. rmg 5 puelle *V*: corr. *δ* 6 conuocare *V*: corr. 1473 8 aes
Froehlich: et *V*

XLII

AESTE, hendecasyllabi, quot estis
 omnes undique, quotquot estis omnes.
 iocum me putat esse moecha turpis,
 et negat mihi nostra reddituram
 pugillaria, si pati potestis. 5
 persequamur eam et reflagitemus.
 quae sit, quaeritis? illa, quam uidetis
 turpe incedere, mimice ac moleste
 ridentem catuli ore Gallicani.
 circumsistite eam, et reflagitate, 10
 ‘moecha putida, redde codicillos,
 redde, putida moecha, codicillos!’
 non assis facis? o lutum, lupanar,
 aut si perditius potes quid esse.
 sed non est tamen hoc satis putandum. 15
 quod si non aliud potest, ruborem
 ferreo canis exprimamus ore.
 conclamate iterum altiore uoce
 ‘moecha putida, redde codicillos,
 redde, putida moecha, codicillos!’ 20
 sed nil proficimus, nihil mouetur.
 mutanda est ratio modusque uobis,
 siquid proficere amplius potestis:
 ‘pudica et proba, redde codicillos.’

XLII 5 *Charisius, ars gramm.* (p. 97 K.) Haec pugillaria saepius neutraliter dicit idem Catullus in hendecasyllabis.

| | |
|--|---|
| XLII 3 locum <i>O</i> , locum al. iocum <i>X</i> | 4 nostra <i>Auantius</i> ³ : uestra |
| <i>V</i> 7 illam <i>X</i> (corr. <i>r</i>) | 8 mimice <i>Turnebus</i> : mirmice <i>V</i> 9 |
| catulli <i>V</i> : corr. <i>β</i> | 12 uersum om. <i>R</i> 15 satis hoc <i>R</i> 21 nil |
| 1472: nichil <i>V</i> nihil] nil <i>g</i> | 22 uobis θ: nobis <i>V</i> |

CARMEN XLIII

XLIII

SALVE, nec minimo puella naso
nec bello pede nec nigris ocellis
nec longis digitis nec ore sicco
nec sane nimis elegante lingua,
decoctoris amica Formiani.

5

ten prouincia narrat esse bellam?
tecum Lesbia nostra comparatur?
o saeclum insapiens et infacetum!

XLIV

O FVNDE noster seu Sabine seu Tiburs
(nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
cordi Catullum laedere; at quibus cordi est,
quouis Sabinum pignore esse contendunt),
sed seu Sabine siue uerius Tiburs,

5

fui libenter in tua suburbana
uilla, malamque pectore expuli tussim,
non inmerenti quam mihi meus uenter,
dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.

nam, Sestianus dum uolo esse conuiua,
orationem in Antium petitorem
plenam ueneni et pestilentiae legi.

10

hic me grauedo frigida et frequens tussis
quassauit usque, dum in tuum sinum fugi,
et me recuraui otioque et urtica.

15

XLIII 8 seclum Rmg: sedum V et] atque mg

XLIV 2 cum quibus Gr 4 pignoris V: corr. δ 7 malamque p.
expuli tussim cod. Edinensis anni mccccxcv (expui Scaliger): aliamque p.
expulsus sim V 8 meus uenter Faernus: mens uertur V 10
festianus O conuiua X (corr. gr) 11 oratione (-nem X) minan-
tium V: corr. Statius petitorum rmg 13 hoc O grauido V:
corr. δ

CATVLLI

quare refectus maximas tibi grates
ago, meum quod non es ulta peccatum.
nec deprecor iam, si nefaria scripta
Sesti recepso, quin grauedinem et tussim
non mi, sed ipsi Sestio ferat frigus,20
qui tunc uocat me, cum malum librum legi.

XLV

ACMEN Septimius suos amores
tenens in gremio ‘mea’ inquit ‘Acme,
ni te perdite amo atque amare porro
omnes sum assidue paratus annos,
quantum qui pote plurimum perire,5
solus in Libya Indiaque tosta
caesio ueniam obuius leoni.’
hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante
dextra sternuit approbationem.

at Acme leuiter caput reflectens10
et dulcis pueri ebrios ocellos
illo purpureo ore suauiata,
‘sic’, inquit ‘mea uita Septimille,
huic uni domino usque seruiamus,
ut multo mihi maior acriorque15
ignis mollibus ardet in medullis.’
hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante
dextra sternuit approbationem.

19 sexti recepso *ed. Rom.*: sestire cepso *V* quin ζ : qui *V* 20 mi]
mihi *V* sectio *V* (al. sestio *R*) 21 legi *Lachmann*: legit *V*
XLV 1 ac men *X* septimios *O*, septimos *X* 3 perdit *V*: corr. *r*
5 potest *V*: corr. *r* 9 dextram $\zeta\eta$ approbationem θ : -one *V* (*locus*
nondum expeditus) 10 at acme *r*: ad hac (hanc *X*) me *V* 12
sauata *r*: saniata *V* 13 septimille *r*: septinulle *V* (al. septinuelle *R*)
14 uno *X* (corr. *rmg*) 17 sinistra ut *r*: sinistrauit *V* 18 dextra
1472: dextram *V*

CARMEN XLV

nunc ab auspicio bono profecti
 mutuis animis amant amantur. 20
 unam Septimius misellus Acmen
 mauult quam Syrias Britanniasque:
 uno in Septimio fidelis Acme
 facit delicias libidinesque.
 quis ullos homines beatiores
 uidit, quis Venerem auspicatiorem? 25

XLVI

IAM uer egelidos refert tepores,
 iam caeli furor aequinoctialis
 iucundis Zephyri silescit aureis.
 linquantur Phrygii, Catulle, campi
 Nicaeaeque ager uber aestuosae:
 ad claras Asiae uolemus urbes. 5
 iam mens praetrepidans auet uagari,
 iam laeti studio pedes uigescunt.
 o dulces comitum ualete coetus,
 longe quos simul a domo profectos
 diuersae uarie uiae reportant. 10

XLVII

PORCI et Socation, duae sinistrae
 Pisonis, scabies famesque mundi,
 uos Veraniolo meo et Fabullo
 uerpus praeponuit Priapus ille?

| | | |
|---|--|---|
| 21 septumius <i>V</i> | agmen <i>V</i> : corr. <i>r</i> | 22 siriasque <i>V</i> (syr- <i>X</i>): |
| corr. <i>yδ</i> | 24 libidinisque <i>X</i> (corr. <i>r</i>) | |
| XLVI 1 uere gelidos <i>V</i> : corr. <i>θ</i> | 3 aureis <i>V</i> (auris <i>r</i>) | 5 uber |
| Auantius: ruber <i>V</i> | estuose <i>r</i> : estuore <i>V</i> | 10 quos <i>r</i> : quo <i>V</i> (quo- que <i>R</i>) |
| XLVII 2 mundae <i>Buecheler</i> | 11 diuerse uarie <i>V</i> : diuersae uariae <i>uulgo</i> | |
| | 4 proposuit <i>V</i> : corr. <i>r</i> | |

CATVLLI

uos conuiuia lauta sumptuose
de die facitis, mei sodales
quaerunt in triuio uocationes? 5

XLVIII

MELLITOS oculos tuos, Iuuenti,
si quis me sinat usque basiare,
usque ad milia basiem trecenta
nec numquam uidear satur futurus,
non si densior aridis aristis 5
sit nostrae seges osculationis.

XLIX

DISERTISSIME Romuli nepotum,
quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,
quotque post aliis erunt in annis,
gratias tibi maximas Catullus
agit pessimus omnium poeta,
tanto pessimus omnium poeta,
quanto tu optimus omnium patronus. 5

L

HESTERNO, Licini, die otiosi
multum lusimus in meis tabellis,
ut conuenerat esse delicatos:
scribens uersiculos uterque nostrum
ludebat numero modo hoc modo illoc, 5

XLVIII 1 inuenti *V*: corr. *r* 4 numquam *V* (*cf. lxxvi. 3*): umquam
r, mi umquam *Statius* (*fort. recte*) uidear satur *B. Guarinus* (*satur iam*
δ): inde corsater *V* 6 sint *V*: corr. *rmg*

XLIX 7 omniums *R* patronus *Or*, patronum *X*
L 2 in meis *V*: inuicem *Sabellicus*, ‘an in tueis?’ *Schwabe* 5 ludebat
al. le- *R*

CARMEN L

reddens mutua per iocum atque uinum.
 atque illinc abii tuo lepore
 incensus, Licini, facetiisque,
 ut nec me miserum cibus iuuaret
 nec somnus tegeret quiete ocellos, 10
 sed toto indomitus furore lecto
 uersarer, cupiens uidere lucem,
 ut tecum loquerer simulque ut essem.
 at defessa labore membra postquam
 semimortua lectulo iacebant, 15
 hoc, iucunde, tibi poema feci,
 ex quo perspiceres meum dolorem.
 nunc audax caue sis, precesque nostras,
 oramus, caue despicias, ocella,
 ne poenas Nemesis reposcat a te. 20
 est uemens dea: laedere hanc caueto.

LI

ILLE mi par esse deo uidetur,
 ille, si fas est, superare diuos,
 qui sedens aduersus identidem te
 spectat et audit
 dulce ridentem, misero quod omnis 5

L 18 *Seruius ad Vergili aen. iv. 409* Catullus cauēre dixit (*cf. lxi. 145*).

7 abiit *V*: corr. *r* 8 lacini *V* facetiisque *r*: faceti tuique *V*
 10 sompnus *r*: somnos *V* 12 uersaretur *V*: corr. *r* 13 omnem
X (al. essem *add. Rmg*), *cf. lxiii. 90* 14 at *α*: ad *V* 18 caue
 sis *Pall.*, caueas *r*: caueris *V* 19 ocello *V*: corr. *B. Guarinus*
 20 nemesis δε: ne messis *V* resposcat *O*, resposcat *G*, reponat *R*
 21 uehemens *V*

LI 1 mi *rg*: mi(c)hi *V* par θ: impar *V* 3/4 te / spectat *rg*: / te
 spectat *V* 5 misero quod *g*: miseroque *V* (al. quod *Rm*)

CATVLLI

eripit sensus mihi: nam simul te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mi

• • •

lingua sed torpet, tenuis sub artus
flamma demanat, sonitu suopte
tintinant aures, gemina teguntur
lumina nocte.

10

otium, Catulle, tibi molestum est:
otio exultas nimiumque gestis:
otium et reges prius et beatas
perdidit urbes.

15

LII

QVID est, Catulle? quid moraris emori?
sella in curuli struma Nonius sedet,
per consulatum peierat Vatinius:
quid est, Catulle? quid moraris emori?

LIII

RISI nescio quem modo e corona,
qui, cum mirifice Vatiniana

LII 2 citant Marius Victorinus, ars gramm. (p. 136 K.), Caesius Bassus de metris (p. 257 K.); cf. Plinium, hist. nat. xxxvii. 81, Boethium de consolatione philosophiae iii. 4.

8 uersum om. V: quod loquar amens exempli gratia suppleuit Parth.,
alii alia 10 flamma r: flamina V 11 tintiant O, tintinant
Gr, tintinnat R 12 limina X 13-16 bos uu. fragmentum carminis deperditi esse censuerunt Statius, alii (baud scio an recte)
13 catuli O, catulli X: corr. θ

LII 1 et 4 emori η: mori V 2 struma V: scrofa Mar. Vict. nonius
ex Plinio Parth.: nouius V 3 peierat r: perierat V uacinius X

LIII 1 e ζ: et V

CARMEN LIII

meus crimina Caluos explicasset,
admirans ait haec manusque tollens,
'di magni, salaputium disertum!' 5

LIV

OTHONIS caput oppido est pusillum,
tet erit rustice semilauta crura,
subtile et leue peditum Libonis,
si non omnia, displicere uellem
tibi et Sufficio seni recocto . . . 5
irascere iterum meis iambis
inmerentibus, unice imperator.

LV

ORAMVS, si forte non molestum est,
demonstres ubi sint tuae tenebrae.
te Campo quaeſiuimus minore,
te in Circo, te in omnibus libellis,
te in templo summi Iouis sacrato. 5
in Magni simul ambulatione
femellas omnes, amice, prendi,

LIII 5 Seneca, *controversiae* vii. 4 (19) 7 erat enim (Caluus) paruolus
statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis uocat illum
'salaputium disertum'.

3 meos *V*: corr. *r* crimina al. carmina *X*(?), carmina *m* cal-
uus *r* 4 manusque al. inanius *R* 5 salaputium *ε*: salapantium *V*
(al. salapputium *R*) disertum *ζη*: desertum *V*

LIV Carmen uix integre traditum 1 otonis *V* apido *O* Post
pusillum add. *V* hoc iocunde . . . dolorem ex l. 16, 17 repetita 2 et
eri *V* (et heri *Rmg*): Heri *Muretus*, Hirri *Hermes* rustica *Turnebus*
5 Fufficio *Scaliger* seniore cocto *V* (al. -p- *G*, copto *Rm*): corr. *Calph.*

LV 1 molestus es *V*: corr. *β* 3 quaeſiuimus in *V*: in del. *Scaliger*,
ante Campo *traiecit Sillig*; quaeſimus in *Birt* te quaeſiuimus in minore
campo *η* 4 in (10)] id *O*, id al. in *X* libellis *uix sanum*: ligellis
B. Guarinus 7 prehendi *X*

CATVLLI

quas uultu uidi tamen sereno.
 tauelteſ, sic ipſe flagitabam,
 Camerium mihi pessimae puellae. 10
 quaedam inquit, nudum reduc . . .
 ‘en hic in roseis latet papillis.’
 sed te iam ferre Herculei labos est;
 tanto te in fastu negas, amice.
 dic nobis ubi ſis futurus, ede 15
 audacter, committe, crede luci.
 nunc te lacteolae tenent puellae?
 ſi linguaſ clauſo tenes in ore,
 fructuſ proicies amoris omnes.
 uerbosa gaudet Venus loquella. 20
 uel, ſi uis, licet obſeres palatum,
 dum uestri ſim particeps amoris.

LVI

O R E M ridiculam, Cato, et iocosam,
 dignamque auribus et tuo cachinno!
 ride quidquid amas, Cato, Catullum:
 res est ridicula et nimis iocosa.
 deprendi modo pupulum puellae 5
 trusantem; hunc ego, ſi placet Dionae,
 protelo rigida mea cecidi.

| | |
|---|---|
| 8 sereno β , serenas δ : serena <i>V</i> | 9 auelte ſic <i>V</i> : auelli ſinete <i>Auantius</i> |
| 10 camerum <i>r</i> | pessimē <i>V</i> |
| reduc <i>V</i> : ſinum recludens <i>Riese</i> | 11 quedam <i>Or</i> , quendam <i>X</i> |
| hec <i>V</i> | 12 en <i>r</i> , hem <i>g</i> : em <i>V</i> |
| 13 herculis <i>r</i> | 14 te in <i>V</i> : ten <i>Muretus</i> |
| (audaciter <i>O</i>) hoc <i>V</i> : hoc <i>binc summouit 1472</i> | 16 audacter |
| luci cod. <i>Vaticanus lat. 1608 anni mcccclxxix</i> (lucei <i>Scaliger</i>): lucet <i>V</i> | crede al. crude <i>X</i> |
| 18 tenens <i>V</i> : corr. <i>r</i> | 19 prohicies <i>O</i> , projicies <i>X</i> |
| (al. nostri <i>X</i>) sim cod. <i>Pisaurensis</i> , sim ego <i>Auantius</i> : ſis <i>V</i> | 22 uestri <i>V</i> |
| LVI 5 populum <i>V</i> : corr. <i>Parth.</i> | 6 dyone <i>X</i> |
| | 7 pro telo <i>G</i> |

CARMEN LVII

LVII

PVLCRE conuenit improbis cinaedis,
 Mamurrae pathicoque Caesarique.
 nec mirum: maculae pares utrisque,
 urbana altera et illa Formiana,
 impressae resident nec eluentur:
 morbos pariter, gemelli utriusque,
 uno in lecticulo erudituli ambo,
 non hic quam ille magis uorax adulter,
 riuales socii puellularum.
 pulcre conuenit improbis cinaedis.

5

10

LVIII

CAELI, Lesbia nostra, Lesbia illa,
 illa Lesbia, quam Catullus unam
 plus quam se atque suos amauit omnes,
 nunc in quadriuiis et angiportis
 glubit magnanimi Remi nepotes.

5

LVIII^b

NON custos si fingar ille Cretum,
 non Ladas ego pinnipesue Perseus,
 non si Pegaseo ferar uolatu,
 non Rhesi niueae citaeque bigae;

3

2

LVII 3 pares θ : paris *V* 5 nece luentur *V*: corr. θ 7 lectulo
 X 9 socii *Auantius*³ (sociei *Scaliger*): socii et *V* (*fort. recte*)

LVIII 1 nostra *R*, uestra *OG* 4 quadruuiis *G*, quadriuis *R* 5
 magnanimi Remi *Vossius*, -imos Remi *cod. Vat. lat. 1608 et Calpb.*: magna
 amiremini (adm- *X*) *V*

LVIII^b post lv. 12 collocant paucissimi codd. recentiores, post lv. 13 ed.
Rom., post lv. 22 *Aldina* uersus 3, 2 hoc ordine *Muretus* 3 primipes
V (al. pinnipes *Rmg*) 4 niuee *G*, uinee *OR* niueis citisque bigis
Muretus

CATVLLI

adde huc plumipedas uolatilesque,
uentorumque simul require cursum,
quos iunctos, Cameri, mihi dicares:
defessus tamen omnibus medullis
et multis languoribus peresus
essem te mihi, amice, quaeritando.

5

10

LIX

BONONIENSIS Rufa Rufulum fellat,
uxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
uidistis ipso rapere de rogo cenam,
cum deuolutum ex igne prosequens panem
ab semiraso tunderetur ustore.

5

LX

NVM te leaena montibus Libystinis
aut Scylla latrans infima inguinum parte
tam mente dura procreauit ac taetra,
ut supplicis uocem in nouissimo casu
contemptam haberet, a nimis fero corde?

5

LXI

COLLIS o Heliconii
cultor, Vraniae genus,
qui rapis teneram ad uirum
uirginem, o Hymenae Hymen,
o Hymen Hymenae;

5

7 iunctos *g*: uictos *O*, uinctos *X*

LIX 1 rufulum *Auantius*, *alii alia*: rufum *V* fellat *O*, fallat *G*,
fallat al. fellat *R*

LX 1 libissinis *O*, libisinis *X*: corr. *Scaliger* 2 scylla ε: sillā *V* 4
suplicis *O*, suppliciis *X* 5 contentam *O*, conteptam *X*

LXI 1 bellicon ieī *O*, eliconei *X* 4 hymen *om. V*: add. *Gr*
hymen (*om. G*) o hymenee hymen *V*: corr. *Aldina* (Hymen o *alii*)

CARMEN LXI

cinge tempora floribus
suaue olentis amaraci,
flammeum cape laetus, huc
huc ueni, niueo gerens
luteum pede soccum;

10

excitusque hilari die,
nuptialia concinens
uoce carmina tinnula,
pelle humum pedibus, manu
pineam quate taedam.

15

namque Iunia Manlio,
qualis Idalium colens
uenit ad Phrygium Venus
iudicem, bona cum bona
nubet alite uirgo,

20

floridis uelut enitens
myrtus Asia ramulis
quos Hamadryades deae
ludicum sibi roscido
nutriunt umore.

25

quare age, huc aditum ferens,
perge linquere Thespiae
rupis Aonios specus,
nympha quos super irrigat
frigerans Aganippe.

30

7 amarici *V*: corr. *O* 8 flameum *V* 12 continens *V*, con-
cines *r* 13 tinnuula *V*: corr. *gr* 15 spineam *Parib.* 16 iunia *V*:
Vibia Syme manlio *θ*: mallio *V* 21 uelut] uult *O* (*cf. uu. 102,*
187) 24 ludicum *V*: corr. *R* rosido *V*

CATVLLI

ac domum dominam uoca
coniugis cupidam noui,
mentem amore reuinçiens,
ut tenax hedera huc et huc
arborem implicat errans.

35

uosque item simul, integrae
uirgines, quibus aduenit
par dies, agite in modum
dicite, o Hymenae Hymen,
o Hymen Hymenae.

40

ut lubentius, audiens
se citarier ad suum
munus, huc aditum ferat
dux bonae Veneris, boni
coniugator amoris.

45

quis deus magis est ama-
tis petendus amantibus?
quem colent homines magis
caelitum, o Hymenae Hymen,
o Hymen Hymenae?

50

te suis tremulus parens
inuocat, tibi uirgines
zonula soluunt sinus,

| | | |
|---|---|-----------------|
| 31 ac <i>V</i> : ad r | 33 reuinçens <i>V</i> : corr. e | 34 hac et hac r |
| 38 in nodum <i>V</i> (al. in modum <i>R</i>) | 40 o hymenee (hymen o r) | |
| hymenee hymen <i>V</i> | 46/47 est ama-/tis <i>Bergk</i> , anxiis / est <i>Haupt</i> : | |
| amatis / est <i>V</i> | <i>Inter 49 et 50 exhibuit V</i> comperarier (conperaries <i>O</i>) | |
| ausit (<i>cf. uu. 65, 70, 75</i>): del. r | 50 o hymen (hymen o r) hymenee | |
| hymen <i>V</i> | 51 suis tremulus η: sui si remulus <i>V</i> (suis remulus r, sui si remus al. remulus m, al. remus add. g) | |

CARMEN LXI

te timens cupida nouos
captat aure maritus.

55

tu fero iuueni in manus
floridam ipse puellulam
dedis a gremio suae
matris, o Hymenae Hymen,
o Hymen Hymenae.

60

nil potest sine te Venus,
fama quod bona comprobet,
commodi capere, at potest
te uolente. quis huic deo
compararier ausit?

65

nulla quit sine te domus
liberos dare, nec parens
stirpe nitier; at potest
te uolente. quis huic deo
compararier ausit?

70

quae tuis careat sacris,
non queat dare praesides
terra finibus: at queat
te uolente. quis huic deo
compararier ausit?

75

claustra pandite ianuae.
uirgo adest. uidet ut faces

55 maritos *V*: corr. *Muretus* 58–60 dedis a g. s. matris / o hymenee
hymen hymenee (o hymenee *mg*) *V* 61 nil *rmg*: nichil *V* 68 nitier
 β : uities *O*, uicier *X* 77 ades *Schrader*

CATVLLI

splendidas quatunt comas?

•

(80)

•

tardet ingenuus pudor.

quem tamen magis audiens,
flet quod ire necesse est.

80

(85)

flere desine. non tibi Au-
runculeia periculum est,
ne qua femina pulcrior
clarum ab Oceano diem
uiderit uenientem.

85

(90)

talis in uario solet
diuitis domini hortulo
stare flos hyacinthinus.
sed moraris, abit dies.
⟨prodeas noua nupta.⟩

90

(95)

prodeas noua nupta, si
iam uidetur, et audias
nostra uerba. uiden? faces
aureas quatunt comas:
prodeas noua nupta.

95

(100)

non tuus leuis in mala
deditus uir adultera,

Post u. 78 lacunam quattuor uersuum statuunt edd. 82 arunculeia
X 88 ortullo *V* (ortulo *Rmg*) 89 iactintinus *O*, iacintinus *X*
 90 (*idem* 105, 112) abiit *V* 91 uersum om. *V*: add. *Aldina* 94
 uiden θ, uide ut *Parth.*: uiden (uideri *O*) ut *V*

CARMEN LXI

lenta sed uelut adsitas
uitis implicat arbores,
implicabitur in tuum
complexum. sed abit dies:
prodeas noua nupta. 105
(110)

o cubile, quod omnibus
• • • • • • • •
• • • • • • • •
• • • • • • • •
candido pede lecti, (115)

quae tuo ueniunt ero,
quanta gaudia, quae uaga
nocte, quae medio die
gaudeat! sed abit dies:
prodeas noua nupta. (120)

tollite, *⟨o⟩ pueri*, faces:
flammeum uideo uenire. 115
ite concinite in modum
'io Hymen Hymenaei io,
io Hymen Hymenaei.' (125)

99 probra turpia *Calph.*: procatur pia *V* 102 sed *O*, -que *X*: qui
Aldina, quin *Auantius*³ uelut] uult *O* Post 107 lacunam trium
uersuum statuunt edd. 110, 111 quae r: -que *V* 114 o add. r
115 flamineum *V* (flammineum *O*) 117, 118, 116 hoc ordine *X*; 117,
116 omisso uersu 118 *O* 118 (*idem semper in sequentibus*) io in fine
add. *V*

CATVLLI

ne diu taceat procax
Fescennina iocatio,
nec nuces pueris neget
desertum domini audiens

concubinus amorem. (130)

da nuces pueris, iners
concubine! satis diu
lusisti nucibus: lubet
iam seruire Talasio.

concubine, nuces da. (135)

sordebant tibi uilicae,
concubine, hodie atque heri:
nunc tuum cinerarius
tondet os. miser a miser
concubine, nuces da. (140)

diceris male te a tuis
unguentate glabris marite
abstinere, sed abstine.
io Hymen Hymenae io,
(io Hymen Hymenae.) (145)

scimus haec tibi quae licent
sola cognita, sed marito
ista non eadem licent.
io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae. (150)

| | | |
|--|--|------------------------------------|
| 119 taceat <i>r</i> : taceatis <i>V</i> | 120 foscennina <i>O</i> | iocatio <i>Heinsius</i> : |
| locatio <i>V</i> (locutio <i>m</i> , al. locutio <i>add. g</i>) | | 125 diu] domini <i>O</i> |
| 127 iam] nam <i>O</i> | 129 iulice <i>O</i> , uillice <i>X</i> | 132 miser <i>a</i>] misera |
| <i>O</i> , miser ah <i>X</i> | 134 diceris 1473: diceres <i>V</i> | male <i>Gr</i> , malle <i>ORmg</i> |
| 138 <i>add. β</i> | 143 om. <i>O</i> | |

CARMEN LXI

nupta, tu quoque quae tuus
uir petet caue ne neges,
ni petitum aliunde eat.
io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae. (155)

en tibi domus ut potens
et beata uiri tui,
quae tibi sine seruiat
(io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae) (160)

usque dum tremulum mouens
cana tempus anilitas
omnia omnibus annuit.
io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae. (165)

transfer omine cum bono
limen aureolos pedes,
rasilemque subi forem.
io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae. (170)

aspice intus ut accubans
uir tuus Tyrio in toro
totus immineat tibi.
io Hymen Hymenae io,
io Hymen Hymenae. (175)

144 tuis X 146 ni V (ne R in margine) 148 om. V: add. Rmg
151 seruiat Partb.: seruit V (fine seruit r) 153 (et 158, 163) om. O
155 anilitas η: anilis (ann- X) etas V 161 nassilemque O, rass- X:
corr. rmg subi r: sibi V 164 intus Statius: unus V

CATVLLI

illi non minus ac tibi
pectore uritur intimo
flamma, sed penite magis.
io Hymen Hymenaeē io,
io Hymen Hymenaeē. (180)

mitte brachiolum teres,
praetextate, puellulae:
iam cubile adeat uiri.
io Hymen Hymenaeē io,
io Hymen Hymenaeē. (185)

⟨uos⟩ bonae senibus uiris
cognitae bene feminae
collocate puellulam.
io Hymen Hymenaeē io,
io Hymen Hymenaeē. (190)

iam licet uenias, marite:
uxor in thalamo tibi est,
ore floridulo nitens,
alba parthenice uelut
luteumue papauer. (195)

at, marite, ita me iuuent
caelites, nihilo minus (190)

169 ac R: hac *V* 170 uritur *V* (urimur *Rm*, al. urimur *add. g*)
175 puellule η : puelle *V* 176 adeant *X* 179 uos *add. Auantius*
uiris cod. Leidensis anni mccccliii: unis *V* 180 bene *Calph.* (beue iam
ed. Rom.): berue *V* 181 puellulam η : puellam *V* 185 tibi est
Bentley: est tibi *V* 187 uelut β : uult *O*, uultu *X* (al. uult *g*)
189–93 post u. 198 *V*: buc reuocauit *Scaliger* 189 ad maritum tamen
iuuenem *V*: corr. *Scaliger*

CARMEN LXI

pulcer es, neque te Venus
neglegit. sed abit dies:
perge, ne remorare. (200)

non diu remoratus es:
iam uenis. bona te Venus 195
iuuerit, quoniam palam
quod cupis cupis, et bonum
non abscondis amorem. (205)

ille pulueris Africi
siderumque micantium 200
subducat numerum prius,
qui uestri numerare uolt
multa milia ludi. (210)

ludite ut lubet, et breui
liberos date. non decet 205
tam uetus sine liberis
nomen esse, sed indidem
semper ingenerari. (215)

Torquatus uolo paruulus
matris e gremio suaे 210
porrigens teneras manus
dulce rideat ad patrem
semihiante labello. (220)

191 pulcher es ‘alii’ apud Robortellum: pulcre res *V* neque θ: nec *V*
192 abiit *V* 193 rememorare *X* 194 remoratus *Calph.*:
remota *O*, remorata *X* 196 iuuerit θ: inuenerit *V* 197 cupis
cupis *OR(V?)*, cupis capis *Gr* 198 abscondas *V*: corr. ζη
199 africi *Heinsius* (-cei *Lachmann*): ericei *V* 202 uestri β (uostri
Itali): nostri *V* uult *Calph.*: uolunt *V* 203 ludi ed. *Rom.*
(ludei *Scaliger*): ludere *V* 204 ludite ut *Parth.* (ut iam *Calph.*): et
ludite et *V* (et 20 del. r) 208 ingenerati *O* 209 torcutus *O*
210 e] et *O* 213 semihiante *Scaliger*: sed mihi ante *V*

CATVLLI

sit suo similis patri
Manlio et facile insciis
noscitur ab omnibus,
et pudicitiam suae
matris indicet ore. (225)

talis illius a bona
matre laus genus approbet, 220
qualis unica ab optima
matre Telemacho manet
fama Penelopeo. (230)

claudite ostia, uirgines:
lusimus satis. at boni
coniuges, bene uiuite et
munere assiduo ualentem
exercete iuuentam. (235)

LXII

VESPER adest, iuuenes, consurgite: Vesper Olympo
exspectata diu uix tandem lumina tollit.
surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas,
iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenaeus.
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae! 5

215 maulio *O*, manlio *X*: mallio δ insciis *r* (-ieis *Lachmann*):
insciens *V* 215/16 omnibus / nosc. ab insciis *Dawes* 217 suae
Calph., suo *r*: suam *V* 219/20 bona matre / laus *V* 221 ab
om. O 222 thelamacho *O*, theleamaco *X* 223 penopeo *X*
224 hostia *V* 225 at boni ζη: ad bonlei *O*, ad bolnei *X* (al. bonei
Rmg) 226 bene uiuite *r*: bone uite *V* 227 assiduo ζη: assidue *V*
228 exercere *O*

LXII (*adest codex Paris. lat. 8071, olim Thuanus = T*) Epithalamium
Catulli *praescribit T Versui i adscribit Turba uirorum X* (uirum *R*);
uu. 6, 11, 20, 32, 39 Puelle; uu. 26, 49 Iuuenes 3 pingues X liquere O

CARMEN LXII

Cernitis, innuptae, iuuenes? consurgite contra;
nimirum Oetaeos ostendit Noctifer ignes.
sic certest; uiden ut perniciter exsiluere?
non temere exsiluere, canent quod uincere par est.
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae! 10

Non facilis nobis, aequales, palma parata est;
aspicite, innuptae secum ut meditata requirunt.
non frustra meditantur: habent memorabile quod sit;
nec mirum, penitus quae tota mente laborant.
nos alio mentes, alio diuisimus aures; 15
iure igitur uincemur: amat uictoria curam.
quare nunc animos saltem conuertite uestros;
dicere iam incipient, iam respondere decebit.
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!

Hespere, quis caelo fertur crudelior ignis? 20
qui natam possis complexu auellere matris,
complexu matris retinentem auellere natam,
et iuueni ardenti castam donare puellam.
quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae! 25

Hespere, quis caelo lucet iucundior ignis?
qui desponsa tua firmes conubia flamma,

6 consurgi eretera *T* 7 oeta eos *T*, hoc eos *V* ignes *Pall.*:
imbris *T*, imber *V* 8 certest *Haupt* (*certe est iam Statius*): certes
.i. (id est) *T*, certe si *V* (*certe rmg*) 9 quod *T*, quo *V* uincere
B. Guarinus: uisere *TV* par est *T*, parent *V* 11 nobis *V*, nobilis *T*
(a)equalis *TV* 12 aspice *O* que (*querunt OI*) secum *V* meditata
requirunt *Tr*: meditare querunt *V* 13 habent] hunc *O* memora
psile *T* 14 om. *V*, ex *Thuaneo primus recepit Muretus* 15 nos
V, non *T* 17 nunc *T*, non *V* conuertite *T*, committite *V*
20 quis *T*, qui *V* 22 auelle *T* 25 Kymeno kymeneae kymenades
o kymeneae (*et similia in sequentibus*) *T* 26 quis *T*, qui *V* 27
firmes *V*, fines *T*

CATVLLI

quae pepigere uiri, pepigerunt ante parentes,
nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.
quid datur a diuis felici optatius hora ?

30

Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!

Hesperus e nobis, aequales, abstulit unam.

namque tuo aduentu uigilat custodia semper,
nocte latent fures, quos idem saepe reuertens,
Hespere, mutato comprehendis nomine Eous.

35

at lubet innuptis facto te carpere questu.

quid tum, si carpunt, tacita quem mente requirunt?
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!

Vt flos in saeptis secretus nascitur hortis,
ignotus pecori, nullo conuolsus aratro,
quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber;
multi illum pueri, multae optauere puellae:
idem cum tenui carptus defloruit ungui,
nulli illum pueri, nullae optauere puellae:
sic uirgo, dum intacta manet, dum cara suis est;

40

45

LXII 45 *Quintilianus, inst. orat. ix. 3. 16* Catullus in Epithalamio:
'dum innupta manet, dum cara suis est', cum prius 'dum' significet
'quoad', sequens 'usque eo'.

28 quae T, quo V (quod r) uir T 29 iunxere O 30 a om. T
32 aequales V (equalem rmg), aequalis T Post u. 32 lacunam statuit
Auantius³ 35 comprehendis V (comprehendis X), comprehendis T
eous Schrader: eosperm T, eosdem V 36 at libet V, adlucet T
37 quittum T, quid (quod al. quid X) tamen (al. tum R) V carpiunt T
quem a T, quam V 40 conuolsus T, conclusus O, contusus Gr (quid
Ri, latet) 41 quae mulcens aure firma T Post u. 41 uersum
unum excidisse censuit Spengel 43, 44 om. T; seruauit V (om. O)
45 dum cara α: tum (cum RI) cara TV suis est T, sui sed V (suis sed r)

CARMEN LXII

cum castum amisit polluto corpore florem,
nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!

Vt uidua in nudo uitis quae nascitur aruo,
numquam se extollit, numquam mitem educat uuam, 50
sed tenerum prono deflectens pondere corpus
iam iam contingit summum radice flagellum;
hanc nulli agricolae, nulli coluere iuuenci:
at si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
multi illam agricolae, multi coluere iuuenci: 55
sic uirgo dum intacta manet, dum inculta senescit;
cum par conubium maturo tempore adepta est,
cara uiro magis et minus est inuisa parenti.
<Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!> 58 b

Et tu ne pugna cum tali coniuge, uirgo.
non aequom est pugnare, pater cui tradidit ipse, 60
ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
uirginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
tertia pars patrist, pars est data tertia matri,
tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
qui genero sua iura simul cum dote dederunt. 65
Hymen o Hymenae, Hymen ades o Hymenae!

| | |
|---|--|
| 49 ut <i>V</i> , et <i>T</i> | 50 numquam mitem (uitem <i>O</i>) educat <i>V</i> , |
| quam muniteam ducat <i>T</i> | 51. deflectens <i>V</i> , perfectens <i>T</i> |
| 53 nulli coluere (coll- <i>X</i>) <i>V</i> , multi acoluere <i>T</i> | 54 at si <i>V</i> , apsi <i>T</i> |
| marita <i>T</i> | 55 acoluere <i>T</i> , accol- <i>V</i> |
| 58 cara r: cura <i>TV</i> | 56 intacta <i>TV</i> : innupta (cf. Quintil. ad u. 45 laudatum) Weber dum (2 ^o) <i>V</i> , tum <i>T</i> |
| <i>B. Guarinus</i> : nec <i>TV</i> | 58b add. Muretus 59 tua <i>T</i> ne |
| 62 uersum om. <i>T</i> | 60 equom <i>T</i> , equo <i>V</i> 61 ipse om. <i>Ri</i> |
| patris <i>T</i> , pars patri <i>V</i> | 63 pars patrist <i>Haupi</i> , pars patris est <i>Muretus</i> : |
| est noli tuignare <i>T</i> | pars est <i>T</i> , est <i>O</i> , data pars <i>X</i> 64 solit tu |

SUPER alta uectus Attis celeri rate maria,
 Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
 adiitque opaca siluis redimita loca deae,
 stimulatus ibi furenti rabie, uagus animis,
 deuolsit ili acuto sibi pondera silice, 5
 itaque ut relicta sensit sibi membra sine uiro,
 etiam recente terrae sola sanguine maculans,
 niueis citata cepit manibus leue typanum,
 typanum tuum, Cybebe, tua, mater, initia,
 quatiensque terga tauri teneris caua digitis 10
 canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.
 'agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
 simul ite, Dindymenae dominae uaga pecora,
 aliena quae petentes uelut exules loca
 sectam meam exsecutae duce me mihi comites 15
 rapidum salum tulistis truculentaque pelagi,
 et corpus euirastis Veneris nimio odio;
 hilarate erae citatis erroribus animum.
 mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini

LXIII 1 citant Marius Victorinus, ars gramm. (p. 154 K.) et Terentianus
 de metris 2900 (p. 411 K.); 2 Caesius Bassus de metris (p. 262 K.).

| | | |
|---|---|---|
| LXIII 1 actis <i>V</i> | celeri θ: celere <i>V</i> | 4 ibi <i>Auantius</i> ³ : ubi <i>V</i> |
| animis <i>Lachmann</i> , animi <i>Parth.</i> : amnis <i>V</i> | 5 deuolsit <i>Haupt</i> : deuoluit | |
| <i>V</i> ilei <i>Bergk</i> : iletas <i>V</i> | pondera silice <i>Auantius</i> : pondere silices <i>V</i> | |
| 7 maculas <i>V</i> : corr. ζη | 8, 9 typanum <i>Scaliger</i> : timpanum (tymp- semel <i>X</i>) <i>V</i> | |
| 9 tuom <i>Lachmann</i> : tubam <i>V</i> | Cybebe <i>Sillig</i> (Cybebes iam <i>Bentley</i>): cibeles <i>V</i> | |
| tua <i>Calph.</i> : tu <i>V</i> | 10 quatiensque α: quatiens quod <i>V</i> | |
| tauri ξ (-rei <i>Lachmann</i>): tauri et <i>V</i> | 12 (simi- liter 68 et 76) cibelles <i>O</i> , cibeles <i>X</i> | |
| <i>V</i> : corr. <i>Auantius</i> (cf. 77) | 13 dindimenee <i>mg</i> pectora | |
| celeri <i>V</i> | 14 alienaque <i>V</i> loca <i>B. Guarinus</i> : loca | |
| 15 execute <i>V</i> (excute <i>r</i>) | 16 pelage <i>Victorius</i> | |
| euitastis <i>Om</i> | 17 herae citatis <i>Auantius</i> , aere citatis <i>Lachmann</i> (aere iam 1473): erocitatis <i>O</i> , crocitatis <i>X</i> (al. ere citatis <i>R</i>) | |
| corr. ε | an animum <i>V</i> : 19 cedit <i>G</i> (cedat al. cedit <i>g</i>) | |

CARMEN LXIII

Phrygiam ad domum Cybebes, Phrygia ad nemora deae, 20
 ubi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,
 tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo,
 ubi capita Maenades ui iaciunt hederigerae,
 ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
 ubi sueuit illa diuae uolitare uaga cohors, 25
 quo nos decet citatis celerare tripudiis.'

simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,
 thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
 leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant,
 uiridem citus adit Idam properante pede chorus. 30
 furibunda simul anhelans uaga uadit animam agens
 comitata tympano Attis per opaca nemora dux,
 ueluti iuuenga uitans onus indomita iugi;
 rapidae ducem sequuntur Gallae properipedem.
 itaque, ut domum Cybebes tetigere lassulae, 35
 nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
 piger his labante languore oculos sopor operit;
 abit in quiete molli rabidus furor animi.
 sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis
 lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum, 40
 pepulitque noctis umbras uegetis sonipedibus,
 ibi Somnus excitam Attin fugiens citus abiit;
 trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.

38 citat sub uoce 'rabidus' Festus p. 338 L.

20 (*similiter* 35, 84, 91) Cybebes *Bentley*: cibelles *O*, cibeles *X*
 23 menade sui *V* ederigere *Calph.*: ei derigere *V* 27 actis $\zeta\eta$: atris *V*
 nota *X*: noua η 28 thiasus δ : thasis *O*, -iis *X* 31 animam agens *Lachmann*: animagens *V* (*quid GI, non liquei*) 32 actis *V*
 33 iugi 1472: luci *V* 34 rapide *V* propere pedem *V*: *corr.*
B. Venator 38 abiit *X* mollis *V*: *corr. \theta* 39 horis aureis *V*:
corr. \theta 42 excitam *Lachmann*: excitum *V* 43 trepidante: n r
 eum α : cum *V* pasitheo *V*: *corr. \zeta*

CATVLLI

ita de quiete molli rapida sine rabie
 simul ipsa pectore Attis sua facta recoluit,
 liquidaque mente uidit sine quis ubique foret,
 animo aestuante rusum redditum ad uada tetulit.
 ibi maria uasta uisens lacrimantibus oculis,
 patriam allocuta maestast ita uoce miseriter.

‘patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,
 ego quam miser relinquens, dominos ut erifugae
 famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,
 ut aput niuem et ferarum gelida stabula forem,
 et earum omnia adirem furibunda latibula,
 ubinam aut quibus locis te positam, patria, reor?
 cupid ipsa pupula ad te sibi derigere aciem,
 rabie fera carens dum breue tempus animus est.
 egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
 patria, bonis, amicis, genitoribus abero?

abero foro, palaestra, stadio et gymnasii?
 miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.
 quod enim genus figuraest, ego non quod obierim?
 ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
 ego gymnasi fui flos, ego eram decus olei:
 mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,
 mihi floridis corollis redimita domus erat,
 linquendum ubi esset orto mihi Sole cubiculum.

45 ipsa *B. Guarinus*: ipse *V* attis *G*, actis *R*, atris *O* 46 sineque
 is *O*, sineque his *X* 47 aestuante γ et rusum *Victorius*: estuanter usum *V*
 retulit *V*: corr. *Calph.* 49 maestast ita uoce miseriter *Auantius*³: est
 ita uoce miseritus (al. miseriter *Rmg*) maiestas (magestates *O*, maiestas
 al. magestates *R*) *V* 52 tetuli *O*, retuli *X* 53 apud ϵ : caput *V*
 (capud *R*) stabilia *V*: corr. *r* (stabilla *mg*) 54 earum omnia multis
 suspectum 55 patriam *O* 56 pupula η : popula *V* ad te β : atte *V*
 60 guminasiis *Ellis*: gummasiis *O*, ginnasiis *X* (gymn- *g*) 61 a] ha *O*,
 ah *X* (cf. lxiv. 71) 62 figuraest *Lachmann*: figura est *V* quid abierim
V: corr. *Statius* 64 gimnasti *V* sui *X* oley *V* 66 corolis
Calph.: circulis *V* 67 liquendum *V* sole ζ : solo *V*

CARMEN LXIII

ego nunc deum ministra et Cybeles famula ferar?
 ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?
 ego uiridis algida Idae niue amicta loca colam? 70
 ego uitam agam sub altis Phrygiae columnibus,
 ubi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
 iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.
 roseis ut huic labellis sonitus *<citus>* abiit,
 geminas deorum ad aures noua nuntia referens, 75
 ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus
 laeuumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.
 ‘agedum’, inquit ‘age ferox *<i>*, fac ut hunc furor *<agitet>*,
 fac uti furoris ictu redditum in nemora ferat,
 mea libere nimis qui fugere imperia cupit. 80
 age caede terga cauda, tua uerbera patere,
 fac cuncta mugienti fremitu loca retonent,
 rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.’
 ait haec minax Cybebe religatque iuga manu.
 ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo, 85
 uadit, fremit, refringit uirgulta pede uago.
 at ubi umida albicantis loca litoris adiit,
 teneramque uidit Attin prope marmora pelagi,
 facit impetum. illa demens fugit in nemora fera;
 ibi semper omne uitae spatium famula fuit. 90

68 nunc *Santen*: nec *V* ferar *γ*: ferarum *V* 70 niue *Calph.*:
 nene *V* 71 columnibus *V*: corr. *θ* 74 huic *θ*: hinc *V* (fort. recte)
 citus add. *Bentley* abiit *η*: adiit *V* 75 adauris *O* 76 ibi *ζ*: ubi *V*
 77 pecoris cod. *Vaticanus lat.* 1608: pectoris *V* 78 *i* add. *Scaliger*
 face ed. *Rom.* (*idem 79 et 82*) agitet add. ed. *Cantabrigiensis anni mdccii*
 79 uti *Lachmann*, ut hunc *ζη*: ut *V* ictu *r*: ictum *V* 81 a cede *G*
 (al. age cede add. *g*) tergo *X* ueruera *V* (uerum uera *legerunt*
OX): corr. *Calph.* 85 adhortans *Aldina altera*: adortalis *O*, adhorta
 lis *X* (adorta lis *r*) 87 bumida *O*, humida *X* 88 teneramque
Lachmann (*cf. 42, 45, 89; an recte, dubitari potest*): tenerumque *V* actin
R marmorea pelago *V*: corr. *γ* 89 facit *Calph.*: ficit *O*, fecit *X*
 illa *Lachmann*: ille *V* 90 omne *X*, esse *O*

CATVLLI

dea, magna dea, Cybebe, dea domina Dindymi,
procul a mea tuos sit furor omnis, era, domo:
alios age incitatos, alios age rabidos.

LXIV

PELIACO quondam prognatae uertice pinus
dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines Aeeteos,
cum lecti iuuenes, Argiuae robora pubis,
auratam optantes Colchis auertere pellem 5
ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi,
caerula uerrentes abiegnis aequora palmis.
diua quibus retinens in summis urbibus arcis
ipsa leui fecit uolitatem flamine currum,
pinea coniungens inflexae texta carinae. 10
illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten;
quae simul ac rostro uentosum proscidit aequor
totaque remigio spumis incanuit unda,
emersere freti candardi e gurgite uultus
aequoreae monstrum Nereides admirantes. 15
illa, atque *<haud>* alia, uiderunt luce marinas
mortales oculis nudato corpore Nymphas
nutricum tenus exstantes e gurgite cano.

LXIV 1 citat Marius Victorinus, ars gramm. (p. 125 K.).

| | |
|---|--|
| 91 dindimei <i>V</i> (-menei <i>mg</i>) | 92 tuos <i>Ellis</i> (tuus <i>iam δ</i>): tuo <i>V</i> |
| 93 rabidos <i>θ</i> : rapidos <i>V</i> | |
| LXIV 1 pelliaco <i>V</i> | 2 neptumni <i>rmg</i> |
| <i>X</i> : al. phasidos <i>add.</i> (<i>nisi fallor</i>) <i>rmg</i> | 3 fasidicos <i>O</i> , fascidicos |
| <i>X</i> : <i>ceticos</i> <i>O</i> (al. <i>tetidicos in margine</i>), <i>oeticos X</i> | 4 pupis <i>O</i> , puppis <i>X</i> |
| <i>V</i> : corr. <i>rmg</i> | 7 uerentes |
| 10 testa <i>X</i> | 11 prima β: proram <i>O</i> , primam <i>X</i> |
| <i>amphitritem X</i> (al. <i>amphitronem R</i>), <i>aphitritem O</i> (-te <i>O corr.</i>) | 12 |
| procidit <i>V</i> : corr. <i>Rmg</i> | 13 totaque <i>V</i> : corr. <i>Auantius</i> ³ |
| <i>Aldina</i> : incanduit <i>V</i> | incanuit |
| 14 freti <i>Schrader</i> : feri <i>V</i> | 16 atque haud |
| <i>Bergk</i> , alia atque <i>Vahlen</i> : atque <i>X</i> , <i>om. O</i> | uidere <i>V</i> : corr. ζη |

CARMEN LXIV

tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
 tum Thetis humanos non despexit hymenaeos, 20
 tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.
 o nimis optato saeclorum tempore nati
 heroes, saluete, deum genus! o bona matrum
 progenies, saluete iterum . . . 23b
 uos ego saepe, meo uos carmine compellabo.
 teque adeo eximie taedis felicibus aucte,
 Thessaliae columen Peleu, cui Iuppiter ipse,
 ipse suos diuum genitor concessit amores;
 tene Thetis tenuit pulcerrima Nereine?
 tene suam Tethys concessit ducere neptem,
 Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem? 30
 quae simul optatae finito tempore luces
 aduenere, domum conuentu tota frequentat
 Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:
 dona ferunt prae se, declarant gaudia uultu.
 deseritur Cieros, linquunt Pthiotica Tempe
 Crannonisque domos ac moenia Larisaea,
 Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant.
 rura colit nemo, mollescunt colla iuuencis,
 non humilis curuis purgatur uinea rastris,
 non glebam prono conuelliit uomere taurus, 40

23 Scholia Veronensis ad Verg. aen. v. 80 Catullus: Saluete deum gens
 o bona matrum progenies saluete iter . . .

| | | |
|--|--|-------------------------------------|
| 19 tum <i>X</i> , cum <i>O</i> | 20 tum <i>m</i> : cum <i>V</i> | 21 tum <i>Aldina</i> : cum <i>V</i> |
| sensit <i>V</i> : sanxit <i>Pontanus</i> | 22 seclorum <i>r</i> : seculorum <i>V</i> | 23 gens |
| <i>Madvig</i> | <i>matrum scholia Vergiliana</i> : mater <i>V</i> (al. matre <i>Rmg</i>) | 23b |
| <i>om.</i> <i>V</i> : ex <i>scholiis buc reuocauit Orioli</i> | 25 tedis <i>O</i> , thetis <i>X</i> | 28 |
| nereine <i>Haupt</i> : nectine <i>V</i> (al. neptine al. neutumne <i>R</i> , al. neptine <i>mg</i>) | 31 optate <i>ζ</i> : optato <i>V</i> | 32 |
| 29 tethys <i>γ</i> : thetis <i>V</i> | finite <i>O</i> | |
| aduenere <i>ζη</i> : adlenire <i>V</i> | 35 cieros <i>Meineke</i> , scyros <i>η</i> : siros <i>O</i> , syros <i>X</i> | |
| 36 graumonisque <i>O</i> , graiunonisque <i>X</i> : corr. <i>Victorius</i> | moenia larisseia <i>θ</i> : | |
| nicenis alacrissea (-isea <i>X</i>) <i>V</i> | 37 Pharsalum <i>Pontanus</i> : farsalam <i>V</i> | |

CATVLLI

non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
squalida desertis rubigo infertur aratris.

ipsius at sedes, quacumque opulenta recessit
regia, fulgenti splendent auro atque argento.
candet ebur soliis, collucent pocula mensae,
tota domus gaudet regali splendida gaza.
puluinar uero diuae geniale locatur
sedibus in mediis, Indo quod dente politum
tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.

haec uestis priscis hominum uariata figuris
heroum mira uirtutes indicat arte.

namque fluentisono prospectans litore Diae,
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
indomitos in corde gerens Ariadna furores,
necdum etiam sese quae uisit uisere credit,
utpote fallaci quae tum primum excita somno
desertam in sola miseram se cernat harena.

immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,
irrita uentosae linquens promissa procellae.

quem procul ex alga maestis Minois ocellis,
saxea ut effigies bacchantis, prospicit, eheu,
prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
non flauo retinens subtilem uertice mitram,
non coniecta leui uelatum pectus amictu,
non tereti strophio lactentis uincta papillas,
omnia quae toto delapsa e corpore passim

65 *Isidorus, etym. xix. 33. 3* (strophium) de quo ait Cinna ‘strofio lactantes cincta papillas’.

| | | |
|---|---|---|
| 43 at cod. Parisinus lat. 8234: ad <i>V</i> | 52 litora <i>R</i> | die ϵ : dia <i>OR</i> , |
| dya <i>G</i> | 54 adriana <i>V</i> : corr. η | 55 quae uisit uisere <i>Vossius</i> : -que |
| sui tui se <i>V</i> | 56 tum <i>X</i> , tunc <i>O</i> | 61 saxea <i>rmg</i> : saxa <i>V</i> eheu |
| <i>Bergk</i> , euoe <i>Aldina</i> : heue <i>V</i> | | 62 et <i>rmg</i> : con <i>O</i> , quid <i>G</i> et <i>R</i> latet |
| 64 contenta <i>O</i> | 66 delapsa e $\zeta\eta$: delapse <i>O</i> , delapso <i>G</i> , delapso e <i>R</i> | |

CARMEN LXIV

ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.
 sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
 illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,
 toto animo, tota pendebat perdita mente. 70
 a misera, assiduis quam luctibus externauit
 spinosas Erycina serens in pectore curas,
 illa tempestate, ferox quo ex tempore Theseus
 egressus curuis e litoribus Piraei
 attigit iniusti regis Gortynia templam. 75

nam perhibent olim crudeli peste coactam
 Androgeoneae poenas exsoluere caedis
 electos iuuenes simul et decus innuptarum
 Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
 quis angusta malis cum moenia uexarentur,
 ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
 proicere optauit potius quam talia Cretam
 funera Cecropiae nec funera portarentur.
 atque ita naue leui nitens ac lenibus auris
 magnanimum ad Minoa uenit sedesque superbas. 80
 hunc simul ac cupido conspexit lumine uirgo
 regia, quam suavis exspirans castus odores
 lectulus in molli complexu matris alebat,
 quales Eurotae praecingunt flumina myrtus
 aurae distinctos educit uerna colores,
 non prius ex illo flagrantia declinavit 85
 90

71-72 citat sub uoce 'externauit' Nonius p. 154 L.

68 sed $\zeta\eta$, sic *Vahlen*: si *V* tum *bis*] tamen *O* 69 te *om.* *O*
 71 a] ha *O*, ah *X* 73 ferox quo ex *Italos secutus* *Lachmann* (quo η):
 feroxque et *V* 75 cortinia *V*: corr. *Pall.* templam ϵ , 'alibi tecta
 legitur' *Parth.*: tempta *V* 77 cum androgeanee (-ne *O*) *V*: -oneae
 η , cum del. *Calph.* 80 moenia] incenia *O* 82 prohicere *O*,
 proiicere *X* 89 eurotae 1472: europe *V* praecingunt *Baehrens*,
 progignunt θ : pergignunt *V* mirtos *O*, mirtus *X* (al. -tos *R*)

CATVLLI

lumina, quam cuncto concepit corporeflammam
 funditus atque imis exarsit tota medullis.
 heu misere exagitans immiti corde furores
 sancte puer, curis hominum qui gaudia misces, 95
 quaeque regis Golgos quaeque Idalium frondosum,
 qualibus incensam iactastis mente puellam
 fluctibus, in flauo saepe hospite suspirantem!
 quantos illa tulit languenti corde timores!
 quanto saepe magis fulgore expalluit auri, 100
 cum saeuum cupiens contra contendere monstrum
 aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis!
 non ingrata tamen frustra munuscula diuis
 promittens tacito succedit uota labello.
 nam uelut in summo quatientem brachia Tauro 105
 querum aut conigeram sudanti cortice pinum
 indomitus turbo contorquens flamine robur,
 eruit (illa procul radicitus exturbata
 prona cadit, late quaevis cumque obuia frangens),
 sic domito saeuum prostravit corpore Theseus 110
 nequiquam uanis iactantem cornua uentis.
 inde pedem sospes multa cum laude reflexit
 errabunda regens tenui uestigia filo,
 ne labyrinthis e flexibus egredientem
 tecti frustraretur inobseruabilis error. 115
 sed quid ego a primo digressus carmine plura
 commemorem, ut linquens genitoris filia uultum,
 ut consanguineae complexum, ut denique matris,

96 quaeque (*I^o*) *B*: quod neque *O*, quique *X* golgos *Hermolaus*
Barbarus teste Mureto, teste Statio Petrus Bembus: cholcos O, colchos X
 100 quanto] quam tum *Faernus* 102 oppeteret *X* 104 succedit
Statius (subscepit *Laetus*): succedit *V* 105 uelut] uult *O*
 106 cornigeram *V*: corr. *θ* sudanti *rmg*: fundanti *V* 109 late
 quaevis cumque *Ellis*: lateque cum eius *V* obuia *O*, omnia al.
 obuia *X* 114 laberinthis *O*, -theis *X* 116 a r: cum *V*

CARMEN LXIV

quae misera in gnata deperdita laeta**<batur>**,
 omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem: 120
 aut ut uecta rati spumosa ad litora Diae
<uenerit,> aut ut eam deuinctam lumina somno
 liquerit immemori discedens pectore coniunx?
 saepe illam perhibent ardenti corde furentem
 clarisonas imo fudisse e pectore uoces, 125
 ac tum praeruptos tristem conscendere montes,
 unde aciem **<in>** pelagi uastos protenderet aestus,
 tum tremuli salis aduersas procurrere in undas
 mollia nudatae tollentem tegmina surae,
 atque haec extremis maestam dixisse querellis, 130
 frigidulos udo singultus ore crientem:
 ‘sicine me patriis aeuctam, perfide, ab aris,
 perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
 sicine discedens neglecto numine diuum,
 immemor a! deuota domum periuria portas? 135
 nullane res potuit crudelis flectere mentis
 consilium? tibi nulla fuit clementia praesto,
 immite ut nostri uellet miserescere pectus?
 at non haec quondam blanda promissa dedisti
 uoce mihi, non haec miserae sperare iubebas, 140
 sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos,

119 ingnata *V* (ignata *R*) laetabatur *Lachmann*: leta *V* 120
 praeoptarit *Statius* (-ret iam *Laetus*, -uit *θ*): portaret *V* 121 ut om.
O uecta *Rmg*: necta *V* rati *Passerat*: ratis *V* 122 uenerit add.
Lachmann ratis . . ., / aut ut eam placido *Laetus* deuinctam
Laetus, deuictam *η*: deuincta *V* 123 inmemori *G* (al. nemori add. *g*)
 125 e *X*, ex *O* 126 tristem *ζ*: tristes *V* 127 in add. *ζη*
 protenderet *R*: pretenderet *V* 130 hoc *R(X?)* 132 patris
O aeuctam *rg* (al. aeuctam *m*): auertam *V* 133 in om.: *O*
 134 discendens *G* 135 a] ha *O*, ah *X* 136 nullaue *V*: corr. *β*
 crudeles . . . mentes *V*: corr. *rmg* 138 mirescere *O*, mitescere *X*:
 corr. *Calph.* 139 blanda *O*, nobis *X* 140 non *β*: nec *V*
 misere *V*: miseram 1472

CATVLLI

quae cuncta aerii discerpunt irrita uenti.
 nunc iam nulla uiro iuranti femina credat,
 nulla uiri speret sermones esse fideles;
 quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci, 145
 nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
 sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
 dicta nihil metuere, nihil periuria curant.
 certe ego te in medio uersantem turbine leti
 eripui, et potius germanum amittere creui, 150
 quam tibi fallaci supremo in tempore dessem.
 pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
 praeda, neque iniacta tumulabor mortua terra.
 quaenam te genuit sola sub rupe leaena,
 quod mare conceptum spumantibus exspuit undis, 155
 quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae uasta Carybdis,
 talia qui reddis pro dulci praemia uita?
 si tibi non cordi fuerant conubia nostra,
 saeuia quod horrebas prisci paecepta parentis,
 attamen in uestras potuisti ducere sedes, 160
 quae tibi iucundo famularer serua labore,
 candida permulcens liquidis uestigia lymphis,
 purpureaue tuum consternens ueste cubile.
 sed quid ego ignaris neququam conquerar auris,
 externata malo, quae nullis sensibus auctae 165
 nec missas audire queunt nec reddere uoces?
 ille autem prope iam mediis uersatur in undis,

142 disserpunt *X*, dess- *O* 143 nunc *B. Guarinus*, hinc *Froehlich*:
 tum *V* 144 fidelis *O* 145 quis *V* (*supra scripto* pro quibus *X*):
 qui *r* postgestit *V*: corr. *rmg* adipisci *V*: corr. *O* et *Rmg* 149
 lecti *O* 153 praeda] *p'ea* (*postea*) *O* iniacta *Ellis* (*iniecta iam*
Calph.): *intacta V* 156 sirtix *O* scilla *O*, sillia *X* 157 taliaque
 redis *O* 159 peremtis *O* 160 nostras *O* Post *u.* 160 collocat
u. 163 *O* 164 sed *X*, si *O* auris *rmg* (*aureis Baehrens*): aures *V*
 165 extenuata *X* aucte *V* (*aucto* al. -te *m*, al. -to add. *g*)

CARMEN LXIV

nec quisquam appetet uacua mortalis in alga.
 sic nimis insultans extremo tempore saeuia
 fors etiam nostris inuidit questibus auris. 170

Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo
 Cnoscia Cecropiae tetigissent litora puppes,
 indomito nec dira ferens stipendia tauro
 perfidus in Cretam religasset nauita funem,
 nec malus hic celans dulci crudelia forma 175
 consilia in nostris requiesset sedibus hospes!
 nam quo me referam? quali spe perdita nitor?
 Idaeosne petam montes? at gurgite lato
 discernens ponti truculentum diuidit aequor.
 an patris auxilium sperem? quemne ipsa reliqui 180
 respersum iuuensem fraterna caede secuta?
 coniugis an fido consoler memet amore?
 quine fugit lentos incuruans gurgite remos?
 praeterea nullo colitur sola insula tecto,
 nec patet egressus pelagi cingentibus undis. 185
 nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,
 omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
 non tamen ante mihi languescent lumina morte,
 nec prius a fesso secedent corpore sensus,
 quam iustum a diuis exposcam prodita multam 190
 caelestumque fidem postrema compreco hora.

171-2 citat *Macrobius*, sat. vi. 1. 42.

| | | |
|--|--|------------------------------------|
| 171 ne <i>V</i> : non <i>Macrobius</i> | 174 creta <i>O</i> , fort. <i>recte</i> | 175 hic |
| <i>X</i> , haec <i>O</i> | 176 consilia in <i>η</i> : consilium (consc- <i>R</i>) <i>V</i> | nostris <i>om.</i> <i>O</i> |
| requiesset <i>η</i> : requisisset <i>V</i> | 177 nitar <i>r</i> | 178 Idaeosne <i>B</i> . |
| <i>Guarinus et Parth.</i> : idoneos (idoneos al. idmoneos <i>X</i>) ne <i>V</i> | at <i>Muretus</i> , | <i>ah B. Guarinus</i> : a <i>V</i> |
| <i>ah B. Guarinus</i> : a <i>V</i> | 179 ponti <i>O</i> , pontum <i>X</i> | ubi diuidit |
| <i>V</i> : ubi del. <i>Auantius</i> ³ | 180 an patris <i>Rmg</i> : impatriis <i>O</i> , in patris <i>G</i> | |
| quem ne] quem uae <i>r</i> | 182 consoles me manet <i>O</i> | 183 quiue <i>X</i> |
| lentos <i>O</i> , uentos <i>X</i> | 184 colitur <i>A. Palmer</i> : litus <i>V</i> | 185 pater <i>R</i> |
| 190 muletam <i>O</i> , mulctam <i>X</i> | 191 compreco <i>V</i> : corr. <i>ζη</i> | |

CATVLLI

quare facta uirum multantes uindice poena
 Eumenides, quibus anguino redimita capillo
 frons exspirantis paeportat pectoris iras,
 huc huc aduentate, meas audite querellas,
 quas ego, uae misera, extremis proferre medullis
 cogor inops, ardens, amenti caeca furore.
 quae quoniam uerae nascuntur pectore ab imo,
 uos nolite pati nostrum uanescere luctum,
 sed quali solam Theseus me mente reliquit,
 tali mente, deae, funestet seque suosque.'

has postquam maesto profudit pectore uoces,
 supplicium saeuis exposcens anxia factis,
 annuit inuicto caelestum numine rector;
 quo motu tellus atque horrida contremuerunt
 aequora concussitque micantia sidera mundus.
 ipse autem caeca mentem caligine Theseus
 consitus oblio dimisit pectore cuncta,
 quae mandata prius constanti mente tenebat,
 dulcia nec maesto sustollens signa parenti
 sospitem Erectheum se ostendit uisere portum.
 namque ferunt olim, classi cum moenia diuae
 linquentem gnatum uentis concrederet Aegeus,
 talia complexum iuueni mandata dedit:
 'gnate mihi longa iucundior unice uita,
 gnat, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
 reddit in extrema nuper mihi fine senectae,
 quandoquidem fortuna mea ac tua feruida uirtus

192 multantes *V* 195 meas *O*, et meas *X* (corr. *rmg*) 198 uere
V 200 quali solam $\zeta\eta$ (solam *iam r*): qualis sola *V* 201 fune-
 stent *r* 204 inuito *V*: corr. α 205 quo motu *Heyse*:
 quō (quomodo) tunc *V* 207 mentem θ , mentis η : mente *V*
 211 Erechtheum *Vossius*: eruptum *V* 212 moenico *V*: corr. *r*
 die *r* 213 cum crederet egens *V*: corr. *r* 215 longe *Hoeufft*
 217 extremae *r*.

CARMEN LXIV

eripit inuito mihi te, cui languida nondum
lumina sunt gnati cara saturata figura, 220
non ego te gaudens laetanti pectore mittam,
nec te ferre sinam fortunae signa secundae,
sed primum multas expromam mente querellas,
canitiem terra atque infuso puluere foedans,
inde infecta uago suspendam lintea malo, 225
nostros ut luctus nostraequae incendia mentis
carbasus obscurata dicet ferrugine Hibera.
quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,
quae nostrum genus ac sedes defendere Erecthei
annuit, ut tauri respertas sanguine dextram, 230
tum uero facito ut memori tibi condita corde
haec uigeant mandata, nec ulla oblitteret aetas;
ut simul ac nostros inuisent lumina collis,
funestam antennae deponant undique uestem,
candidaque intorti sustollant uela rudentes, 235
quam primum cernens ut laeta gaudia mente
agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.'
haec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea ceu pulsae uentorum flamine nubes
aereum niuei montis liquere cacumen. 240
at pater, ut summa prospectum ex arce petebat,
anxia in assiduos absumens lumina fletus,
cum primum infecti conspexit lintea ueli,
praecipitem sese scopulorum e uertice iecit,

| | | |
|---|---|---|
| 219 cui <i>O</i> , quem <i>X</i> (cui <i>rm</i> , al. cui add. <i>g</i>) | 224 infulso <i>V</i> : | |
| <i>corr. rmg</i> | 227 obscura <i>r</i> | 228 Itoni <i>A. Guarinus</i> : ithomi |
| <i>O</i> , ythomi <i>X</i> | 229 ac ξ: has <i>V</i> | Erechthei <i>Vossius</i> : freti <i>V</i> |
| 230 annuat <i>r</i> | 231 tum <i>O</i> , tu <i>X</i> | 232 obliferet al. oblitteret <i>mg</i> |
| 233 ac ξ: hec <i>V</i> | 234 antennene ne ut uidetur <i>V</i> : corr. <i>Rmg</i> | 235 |
| sustollant <i>rmg</i> : sustolant (subs- <i>G</i>) <i>V</i> | 237 aetas <i>V</i> : sors <i>A. Guarinus</i> | |
| sistet <i>O</i> , sistens <i>G</i> , sistant <i>R</i> : sistent <i>rmg</i> | 239 ceu <i>rmg</i> : seu <i>V</i> | |
| 243 infecti <i>Sabellicus</i> (<i>teste Auantio</i>) et <i>B. Guarinus</i> : inflati <i>V</i> | | |

CATVLLI

amissum credens immiti Thesea fato.

245

sic funesta domus ingressus tecta paterna
morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.
quae tum prospectans cedentem maesta carinam
multiplices animo uoluebat saucia curas.

250

at parte ex alia florens uolitabat Iacchus
cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,
te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.

quae tum alacres passim lymphata mente furebant
euhoe bacchantes, euhoe capita inflectentes.

255

harum pars tecta quatiebant cuspide thysros,
pars e diuolso iactabant membra iuuenco,
pars sese tortis serpentibus incingebant,
pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
orgia quae frustra cupiunt audire profani;
plangebant aliae proceris tympana palmis,
aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant;
multis raucisonos efflabant cornua bombos
barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

260

talibus amplifice uestis decorata figuris
puluinar complexa suo uelabat amictu.

265

quae postquam cupide spectando Thessala pubes
expleta est, sanctis coepit decedere diuis.

hic, qualis flatu placidum mare matutino

245 facto *O* 247 minoidi *ut uidetur r: minoida V* 249 quae]
 quem *G* *I* tum *r: tamen V* prospectans *V* (prospectans al. aspectans
R, aspectans al. prospectans *m*, aspectans *g*) 251 parte *δ: pater*
V 252 cum] tum *O* 253 te *rmg: et V* adriana *V: corr. η*
 254 quae *Bergk*, unum uersum excidisse ratus: qui *V* 255 euhoe . . .
 euhoe *α: euche . . . euche V (euhoe rmg)* 262 tintinitus *X (corr.*
rmg) 263 multi *V: corr. Auantius³* efflebant *V: corr. β* 267
 thesalia *X (corr. rmg)* 269 hec *O*

CARMEN LXIV

horrificans Zephyrus procliuaſ incitat undas, 270
 Aurora ex oriente uagi ſub limina Solis,
 quae tarde primum clementi flamine pulsae
 procedunt leuiterque ſonant plangore cachinni,
 post uento crescente magis magis increbescunt,
 purpureaque procul nantes ab luce refulgent: 275
 ſic tum uestibuli linquentes regia tecta
 ad ſe quiske uago paſſim pede diſcedebant.
 quorum poſt abitum princeps e uertice Pelei
 aduenit Chiron portans ſiluestria dona:
 nam quoſcumque ferunt campi, quoſ Thessala magnis 280
 montibus ora creat, quoſ propter fluminis undas
 aura parit flores tepidi fecunda Fauoni,
 hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
 quo permulſa domus iucundo riſit odore.
 confeſtim Penios adest, uiridantia Tempe, 285
 Tempe, quae ſiluae cingunt ſuper impendentes,
 †Minosim linquens †doris celebranda choreis,
 non uacuos: namque ille tulit radicitus altas
 fagos ac recto proceras ſtipite laurus,
 non ſine nutanti platano lentaque ſorore 290
 flammati Phaethontis et aerea cupreſſu.
 haec circum ſedes late contexta locauit,

270 procliuit *O* *I* 271 ſub limina *B*: ſublimia *V* 273 leuiterque
O, leuiter *X*: leni *θ* resonant *ηθ* 275 refulgens *V*: corr. *r* 276
 tum *β*: tamen *O*, tamen al. *tibi X* linquentis *V*: corr. *r* 277 ad *θ*:
 at *V* (*a r*) 278 habitum *X* (*corr. g*) 280 quoſcumque *ut uidetur*
r: quodcumque *V* campis *V*: corr. *r*, theſala *X*, theſalia *O*
 282 aurea *V*: corr. *rmg* parit *g*, perit *V* (*nisi fallor*): aperit *Housman*
 283 corulis *V*, curulis al. corollis *Rmg* 284 quo cod. *Berolinensis*
anni mcccclxiii, quis *r*: quod *O*, quo *X* 285 penies *V* (*penios r, penies*
al. -os mg) adest ut *V*: corr. *r* 287 minosim *V*: *Haemonisin*
Heinsius, alii alia doris V; locus multum uexatus 288 non uacuos
Bergk (-uus iam B. Guarinus): non accuos *O*, non accuos al. nonacrios (*-as*
Gr) *X* 290 mutanti *V*: corr. *rmg* ſororum *V*: corr. *r* 291
 flammati *O*, flammati *X* phetontis *V* 292 contesta *V* (*corr. R*)

CATVLLI

uestibulum ut molli uelatum fronde uireret.
 post hunc consequitur sollerti corde Prometheus,
 extenuata gerens ueteris uestigia poenae, 295
 quam quondam silici restrictus membra catena
 persoluit pendens e uerticibus praeruptis.
 inde pater diuum sancta cum coniuge natisque
 aduenit caelo, te solum, Phoebe, relinquens
 unigenamque simul cultricem montibus Idri: 300
 Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,
 nec Thetidis taedas uoluit celebrare iugalis.

qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,
 large multiplici constructae sunt dape mensae,
 cum interea infirmo quatientes corpora motu 305
 ueridicos Parcae coeperunt edere cantus.
 his corpus tremulum complectens undique uestis
 candida purpurea talos incinxerat ora,
 at roseae niueo residebant uertice uitiae,
 aeternumque manus carpebant rite laborem. 310
 laeua colum molli lana retinebat amictum,
 dextera tum leuiter deducens fila supinis
 formabat digitis, tum prono in police torquens
 libratum tereti uersabat turbine fusum,
 atque ita decerpens aequabat semper opus dens, 315
 laneaque aridulis haerebant morsa labellis,
 quae prius in leui fuerant exstantia filo:
 ante pedes autem candardis mollia lanae
 uellera uirgati custodibant calathisci.

| | | |
|--|---|----------------------------------|
| 293 uellatum <i>V</i> : corr. <i>rmg</i> | 296 quam ζ : qua <i>V</i> | 298 diui <i>V</i> : |
| <i>corr. m</i> | natisque α : gnatisque <i>V</i> (gratisque <i>m</i> , al. gratis <i>add. g</i>) | |
| 300 ydri <i>V</i> (<i>uerum adbuc latere suspicor</i>) | 301 palea <i>V</i> (<i>corr. G</i>) | |
| 307 his} hic <i>m</i> , al. hic <i>add. g</i> | uestis <i>Parth.</i> : questus <i>V</i> | 308 talos |
| <i>B. Guarinus</i> : tuos <i>V</i> | intinxerat <i>OR</i> | 309 roseae niueo ‘ <i>alii</i> ’ |
| <i>apud A. Guarinum</i> : roseo niuee (uinee <i>O</i>) <i>V</i> | | 311 collum <i>V</i> : corr. |
| <i>rmg</i> | 313 police <i>V</i> | 319 custodiebant <i>X</i> |

CARMEN LXIV

haec tum clarisona pellentes uellera uoce 320
 talia diuino fuderunt carmine fata,
 carmine, perfidiae quod post nulla arguet aetas.

o decus eximium magnis uirtutibus augens,
 Emathiae tutamen, Opis carissime nato,
 accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores, 325
 ueridicum oraculum: sed uos, quae fata sequuntur,

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 adueniet tibi iam portans optata maritis
 Hesperus, adueniet fausto cum sidere coniunx,
 quae tibi flexanimo mentem perfundat amore, 330
 languidulosque paret tecum coniungere somnos,
 leuia substernens robusto brachia collo.

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 nulla domus tales umquam contexit amores,
 nullus amor tali coniunxit foedere amantes, 335
 qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 nascetur uobis expers terroris Achilles,
 hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
 qui persaepe uago uictor certamine cursus 340
 flammea praeuertet celeris uestigia ceruae.

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
 non illi quisquam bello se conferet heros,
 cum Phrygii Teucro manabunt sanguine <campi,>

327 citat Macrobius, sat. vi. 1. 41.

320 pellentes *V*, *uix recte*: uellentes *Fruterius*, pectentes *Statius*
 324 tutum opus *O*, tutum opus al. tu tamen opis *X*: *expediuit Housman*
 326 oraculum *V* facta *O* 328 aptata *V*: corr. *rmg* 330 uersum
om. O flexo animo *X* mentis p. amorem *X*: corr. *Muretus*
 331 sonos *V*: corr. *β* 332 leuia] uenia *O* 334 umquam tales
V: corr. cod. *Oxoniensis Laudianus anni mcccclx* 341 preuertet *β*:
 peruerter *O*, preuertit *X* 344 teucro] teuero *ut uidetur GI*
 campi *Statius*, riui *Calph.*, trunci *β*: teuen *O*, tenen *G*, tenen al. teuen *R*

Troicaque obsidens longinquo moenia bello,
periuri Pelopis uastabit tertius heres.

345

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
illius egregias uirtutes claraque facta
saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,
cum incultum cano soluent a uertice crinem,
putridaque infirmis uariabunt pectora palmis.

350

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
namque uelut densas praecerpens messor aristas
sole sub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.

355

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri,
quae passim rapido diffunditur Hellesponto,
cuius iter caesis angustans corporum aceruis
alta tepefaciet permixta flumina caede.

360

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
denique testis erit morti quoque reddita praeda,
cum teres excenso coaceruatum aggere bustum
excipiet niueos perculta virginis artus.

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
nam simul ac fessis dederit fors copiam Achiuis
urbis Dardaniae Neptunia soluere uincla,
alta Polyxenia madefient caede sepulcra;
quae, uelut ancipi succumbens uictima ferro,
proiciet truncum summisso poplite corpus.

365

370

347 (*et saepius*) sub tegmine *R* 350 *ita Baebrens*, incuruo canos
... crines *Ellis* incultum] in ciuos *O* (in ciuum *O corr.*), in ciuium
X: in cinerem β canos *V* soleunt *O* crimen *O*, crines *X*
353 praecerpens *Statius*, prosternens η : precernens *V* (*quid Gr, late!*)
messor *O*, cultor *X* Post u. 354 uersum excidisse censuit *Vossius*
355 prosternet *V* (prosternens *Rmg*) ferrum *O* 358 elesponto *V*
359 cessis *O* 360 flumina *V* (*lumina G*): flumine al. lumina uel
flumina *m*, al. flumine *add. g* 364 percussae *Parth.* 366 ac
 ζ : hanc *V* 368 madefient η , mitescent ζ : madescens *V*

CARMEN LXIV

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
quare agite optatos animi coniungite amores.
acciapat coniunx felici foedere diuam,
dedatur cupidio iam dudum nupta marito.

currite ducentes subtegmina, currite, fusi. 375
non illam nutrix orienti luce reuisens
hesterno collum poterit circumdare filo, 377
anxia nec mater discordis maesta puellae 379
secubitu caros mittet sperare nepotes. 380

currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
talia praefantes quondam felicia Pelei
carmina diuino cecinerunt pectore Parcae.
praesentes namque ante domos inuisere castas
heroum, et sese mortali ostendere coetu, 385
caelicolae nondum spreta pietate solebant.
saepe pater diuum templo in fulgente reuisens,
annua cum festis uenissent sacra diebus,
conspexit terra centum procumbere tauros.
saepe uagus Liber Parnasi uertice summo 390
Thyiadas effusis euantis crinibus egit,
cum Delphi tota certatim ex urbe ruentes
acciperent laeti diuum fumantibus aris.
saepe in letifero belli certamine Mauors

| | | |
|---|---|---|
| 372 animi] añ (ante) O | 377 esterno O, externo X | 378 currite |
| ducentes subtegmina currrite fusi seclusit Bergk | | 379–81 om. O |
| 381 currite (20)] ducite X: corr. m | 383 cecinerunt β (cf. lxiv. 16), cecinere e Baehrens: cecinere V (cernere O) | 385 heroum et Sigicellus |
| apud Statium (et iam I472), saepius et Calpb.: nereus V | | Post u. 386 |
| exhibuit V languidior tenera cui pedens (sic) sicula beta (lxvii. 21): eiecit Parth. | | 386 exhibuit V languidior tenera cui pedens (sic) sicula beta (lxvii. 21): eiecit Parth. |
| 387 reuisens suspectum: residens Baehrens | | 388 cum |
| η: dum V uenisset V: corr. η | 389 terram O | procurrere |
| (currus) γ tauros Italos secutus Lachmann: currus V | | 391 thiadas |
| O, thyadas X ouantis rmg | 392 certatum V: corr. α | tuentes V: |
| corr. ζη | 393 acciperet V: corr. ζη | lacti V (lacti al. leti R, leti al. |
| lacti m, leti g) | spumantibus η | 394 mauros G |

CATVLLI

aut rapidi Tritonis era aut Amarunsia uirgo
armatas hominum est praesens hortata cateruas.
sed postquam tellus scelere est imbuta nefando
iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
perfudere manus fraterno sanguine fratres,
destitit extinctos gnatus lugere parentes,
optauit genitor primaeui funera nati,
liber ut innuptae poteretur flore nouercae,
ignaro mater substernens se impia nato
impia non uerita est diuos scelerare penates.
omnia fanda nefanda malo permixta furore
iustificam nobis mentem auertere deorum.
quare nec talis dignantur uisere coetus,
nec se contingi patiuntur lumine claro.

LXV

Etsi me assiduo confectum cura dolore
seuocat a doctis, Ortale, uirginibus,
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus
mens animi, tantis fluctuat ipsa malis—
namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris
pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus
ereptum nostris obterit ex oculis.
• • • • • • • •
numquam ego te, uita frater amabilior,
5
10

395 *Amarunsia Baebrens*, *ramnusia* *I472*: *ramunsia* *O*, *ranusia* *X* (*cf.* lxvi. 71) 400 *natos* *X* 402 *uix sanum*, *uti nuptae Maebley*
potiretur V: *corr. η nouellae Baebrens* 404 *penates I472*: *parentes V*

LXV 1 *confectum X* (*al. defectum R*), *defectu O* 2 *seuocat ζη*:
sed uacat V 3 *dulcis musarum ζθ* (*dulces η*): *dulcissimus harum V*
fretus O: *fletus ε* 5 *letheo θ*, *lethaeo in Parib.*: *loethi O*, *lethei X*
fratris] factis O (*cf. lxvi. 22*) 7 *Tydia al. troya (troia R) X*, *Tidia*
ut uidetur O *retheo O*, *rhetheo X* 9 *uersum om. V*

CARMEN LXV

aspiciam posthac? at certe semper amabo,
 semper maesta tua carmina morte canam,
 qualia sub densis ramorum concinit umbris
 Daulias, absumpti fata gemens Ityli.—
 sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto 15
 haec expressa tibi carmina Battiadae,
 ne tua dicta uagis nequiquam credita uentis
 effluxisse meo forte putas animo,
 ut missum sponsi furtiuo munere malum
 procurrit casto uirginis e gremio, 20
 quod miserae oblitae molli sub ueste locatum,
 dum aduentu matris prosilit, excutitur,
 atque illud prono praeceps agitur decursu,
 huic manat tristi conscius ore rubor.

LXVI

OMNIA qui magni dispexit lumina mundi,
 qui stellarum ortus comperit atque obitus,
 flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
 ut cedant certis sidera temporibus,
 ut Triuam furtim sub Latmia saxa relegans 5
 dulcis amor gyro deuocet aereo:
 idem me ille Conon caelesti in lumine uidit
 e Beroniceo uertice caesariem

11 at ζ: aut *V* 12 carmine *V*: corr. γ canam ζ: tegam *V*
 14 Bauilla *O*, Baiula *X* (al. Daulas *R*, baiulas *g*) assumpta *O*,
 as(s)umpti *X* facta *O* ithilei *O*, ythilei *G*, ithiley *R* 16 bactiade
r: actiade *V*

LXVI 1 despexit *V*: corr. *Calph.* 2 habitus *V*: corr. ε 4 cer-
 tis] ceteris *O* 5 sub latmia *Calph.*: sublamina *O*, sublimia *G*, sub-
 limia al. sublamia uel sublimina (sublamina *r*) *R* religans *V*: corr. η
 6 gyro 1472 (guro *Ellis*), cliuo ε: guioclero *V* 7 in lumine *Vossius*
 (lumine iam ζ), in culmine *Maebly*: numine *V* 8 ebore niceo *V*:
corr. η

CATVLLI

fulgentem clare, quam multis illa dearum
 leuia pretendens brachia pollicita est, 10
 qua rex tempestate nouo auctus hymenaeo
 uastatum finis iuerat Assyrios,
 dulcia nocturnae portans uestigia rixae,
 quam de uirgineis gesserat exuuiis.
 estne nouis nuptis odio Venus? anne parentum 15
 frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
 ubertim thalami quas intra limina fundunt?
 non, ita me diui, uera gemunt, iuerint.
 id mea me multis docuit regina querellis
 inuisente nouo proelia torua uiro. 20
 et tu non orbum luxti deserta cubile,
 sed fratri cari flebile discidium?
 quam penitus maestas exedit cura medullas!
 ut tibi tunc toto pectore sollicitae
 sensibus erectis mens excidit! at <te> ego certe 25
 cognoram a parua uirgine magnanimam.
 anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es
 coniugium, quod non fortior ausit alis?
 sed tum maesta uirum mittens quae uerba locuta es!
 Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu! 30
 quis te mutauit tantus deus? an quod amantes
 non longe a caro corpore abesse uolunt?
 atque ibi me cunctis pro dulci coniuge diuis

11 quare ex *V*: corr. 1473 12 uastum *V*: corr. ζη ierat *V*:
 corr. γ 15 anne θ: atque *V* 17 lumina *V*: corr. ζ 18 diui
 β: diu *V* iuuuent *V*: corr. 1472 21 et *O*, et al. at *X*
 22 fratri] factis *O* 23 quam Bentley: cum *V* 24 ibi *G* tunc
O, nunc al. tunc. *X* solicitet *V*: corr. 1473 25 te add. *Auantius*³
 26 magnanima *V*: corr. ζη 27 quo *Auantius*³: quam *V* adepta es
Calph. (-ta's *Lachmann*): adeptos *O*, adeptus *X* 28 quo (*ita ζ*) non
 fortius (*ita Iuntina*) *Muretus* ausit 'antiqui codices' teste *Petro Nicetto*
apud Robortellum: aut sit *V* 29 cum *O* 32 adesse *G* 33 me
Colotius: pro *V*

CARMEN LXVI

non sine taurino sanguine pollicita es,
si redditum tetulisset. is haut in tempore longo 35
captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
quis ego pro factis caelesti reddita coetu
pristica uota nouo munere dissoluo.
inuita, o regina, tuo de uertice cessi,
inuita: adiuro teque tuumque caput, 40
digna ferat quod si quis inaniter adiurari:
sed qui se ferro postulet esse parem?
ille quoque euersus mons est, quem maximum in oris
progenies Thiae clara superuehitur,
cum Medi peperere nouum mare, cumque iuuentus 45
per medium classi barbara nauit Athon.
quid facient crines, cum ferro talia cedant?
Iuppiter, ut Chalybon omne genus pereat,
et qui principio sub terra quaerere uenas
institit ac ferri stringere duritiem! 50
abiunctae paulo ante comae mea fata sorores
lugebant, cum se Memnonis Aethiopis
unigena impellens nutantibus aera pennis
obtulit Arsinoes Locridos ales equos,
isque per aetherias me tollens auolat umbras 55
et Veneris casto collocat in gremio.

34 taurino *om.* *O* 35 si] sed *O*, sed al. si *X* haut *Statius* (haud
iam Aldina): aut *V* 41 ferat quod *X*, feratque *O* adiuraret *V*:
corr. Aldina 43 quem *X*, quae *O* maximum 'alii' *apud A.*
Guarinum: maxima *V* 44 Thiae *Vossius*: phitie *O*, phytie *X*
45 cum *Rmg*: tum *V* peperere η : propere *V* cumque *O*, atque *G*,
atque al. cumque *R* 48 Chalybon *Politianus*: celerum *O*, celitum
G, celitum al. celorum *R* (al. celtum *add. r*) 50 ferri (*ita* $\zeta\eta$)
stringere *Heyse*: ferris fringere (fingere *O*) *V* 51 facta *O* 52 meno-
nis ethyopis *X* 54 arsinoes *Og*, asineos *G*, asineos al. arsinoes *Rm*
Locridos *Bentley*, Locricos *Statius*: elocridicos *V* alis *V*: *corr. ξ*
55 isque (*V* is quia al. -que *m*, al. quia *add. g*) aduolat *X* 56 col-
locat *O*, aduolat *X* (al. collocat *Rmg*)

CATVLLI

ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,

Graia Canopitis incola litoribus.

†hi dii uen ibit uario ne solum in lumine caeli

ex Ariadnaeis aurea temporibus

60

fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus

deuotae flaui uerticis exuuiae,

uividulam a fluctu cedentem ad templa deum me

sidus in antiquis diua nouum posuit.

Virginis et saeui contingens namque Leonis

65

lumina, Callisto iuncta Lycaoniae,

uertor in occasum, tardum dux ante Booten,

qui uix sero alto mergitur Oceano.

sed quamquam me nocte premunt uestigia diuum,

lux autem canae Tethyi restituit,

70

(pace tua fari hic liceat, Ramnusia uirgo,

namque ego non ullo uera timore tegam,

nec si me infestis diserpent sidera dictis,

condita quin ueri pectoris euoluam)

non his tam laetor rebus, quam me afore semper,

75

afore me a dominae uertice discrucior,

quicum ego, dum uirgo quondam fuit omnibus expers

unguentis, una uilia multa bibi.

57 zyphiritis *V* legerat *X* (al. legarat *Rmg*) 58 Graia *Baebrens*
 (graia *iam Lachmann*): gratia *V* Canopitis *Statius*, canopieis *ed. Rom.*:
 canopicis (con- *O*) *V* 59 inde Venus *Postgate*, hic lumen *Mowat*;
locus multum uexatus lumine γ , limine θ : numine *V* (mumine *R*)
 60 adrianeis *V*: corr. η 61 uos *OGI*(?) 63 uividulam *A. Guarinus*
 (-lum *iam* η), umidulum ζ : uindulum *V* (uiridulum *rmg*) fluctu *V*:
 fletu *Pall.* deum me ζ : decumme *V* 65 virgis *O* 66 Callistoe
 iuncta Lycaoniae *Parth.*: calixto (calisto γ) iuxta licaonia *V* 69
 quicquam *O* 70 autem *cod. Berolinensis anni mcccclxiii*: aut *V*
 Tethyi *B. Guarinus*: theti *V* restituem *V*: corr. *Lachmann* 71
 pace *r*: parce *V* ranumsia *O*, ranusia *X* 72 ullo *O*, nullo *X*
 73 si me θ : sine *V* diserpent *V* 74 qui *V* (qui al. quin *R*) ueri
cod. Berol. (uerei *Lachmann*): uere *V*, fort. recte euolue *V*: corr. *I473*
 75, 76 affore *V* 78 una *V*: nuptae *Morel* uilia *Lobel*: mil(l)ia *V*

CARMEN LXVI

nunc uos, optato quas iunxit lumine taeda,
 non prius unanimis corpora coniugibus 80
 tradite nudantes reiecta ueste papillas,
 quam iucunda mihi munera libet onyx,
 uester onyx, casto colitis quae iura cubili.
 sed quae se impuro dedit adulterio,
 illius a mala dona leuis bibat irrita puluis: 85
 namque ego ab indignis praemia nulla peto.
 sed magis, o nuptae, semper concordia uestras,
 semper amor sedes incolat assiduus.
 tu uero, regina, tuens cum sidera diuam
 placabis festis luminibus Venerem, 90
 unguinis expertem non siris esse tuam me,
 sed potius largis affice muneribus.
 sidera corruerint utinam! coma regia fiam,
 proximus Hydrochoi fulgeret Oarion!

LXVII

O DVLCI iucunda uiro, iucunda parenti,
 salue, teque bona Iuppiter auctet ope,
 ianua, quam Balbo dicunt seruisse benigne
 olim, cum sedes ipse senex tenuit,
 quamque ferunt rursus gnato seruisse maligne, 5
 postquam es porrecto facta marita sene.

79 quas *Calph.*: quem *V* (quem al. quam *R*) 80 prius *B. Guarinus*
et Pall.: post *V* uno animus *V*: corr. θ 81 reecta *V*: corr. η
 82 quam *V*: quin *Lachmann* (*seruato in u. 80 post*) 83 colitis] que-
 ritis *R* 85 leuis bibat dona *V*: corr. 1472 86 indignatis *O*,
 indigetis *G*, indigetis al. indignis al. indignatis *R* 87 nostras *V*:
 corr. θ 91 sanguinis *V*: corr. *Bentley* siris *Lachmann* (*sueris iam*
Scaliger): uestris *V* tuam *Auantius*: tuum *V* 92 effice *V*: corr.
 θ 93 corruerint *Lachmann*, cur retinent? *Pontanus*: cur iterent *V*
 94 id rochoi *V*: corr. 1472

LXVII 5 quamquam *O* nato *Froeblich*: uoto *V* maligno *X*
 6 es *Aldina*: est *V* marite *V*: corr. ζ

CATVLLI

dic agendum nobis, quare mutata feraris
in dominum ueterem deseruisse fidem.

‘Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)
culpa mea est, quamquam dicitur esse mea, 10
nec peccatum a me quisquam potest dicere quicquam:
uerum tistius populi ianua qui teſt facit,
qui, quacumque aliquid reperitur non bene factum,
ad me omnes clamant: ianua, culpa tua est.’
Non istuc satis est uno te dicere uerbo, 15
sed facere ut quiuis sentiat et uideat.

‘Qui possum? nemo quaerit nec scire laborat.’
Nos uolumus: nobis dicere ne dubita.

‘Primum igitur, uirgo quod fertur tradita nobis,
falsum est. non illam uir prior attigerit, 20
languidior tenera cui pendens sicula beta
numquam se medium sustulit ad tunicam;
sed pater illius gnati uiolasse cubile
dicitur et miseram conscelerasse domum,
siue quod impia mens caeco flagrabat amore, 25
seu quod iners sterili semine natus erat,
ut quaerendum unde <unde> foret neruosius illud,
quod posset zonam soluere uirgineam.’

Egregium narras mira pietate parentem,
qui ipse sui gnati minxerit in gremium. 30

‘Atqui non solum hoc dicit se cognitum habere
Brixia Cycneae supposita speculae,

7 age dum *Calph.*: age de *V* nobis δ: uobis *V* 8 uenerem *X*
12 isti *r* populo ε qui te *V*: quidque *Statius* 17 qui *Muretus*:
quid *V* possim ζ 18 nobis δ: uobis *V* 20 attigerat η 21
uersum om. *binc O*, *babet post lxiv. 386* 22 ad *Calph.*: hanc *V*
27 ut *Bergk*: et *V* quaerendum unde unde *Statius*: querendus unde *V*
29 parentum *O* 30 sui] sunt *O* 31 hoc dicit se *O*, se dicit *G*, se
dicit hoc *R* 32 Cycneae *Vossius*: chinea *V* suppositum specula
V: corr. *Pontanus*

CARMEN LXVII

flauus quam molli praecurrit flumine Mella,
 Brixia Veronae mater amata meae,
 sed de Postumio et Corneli narrat amore, 35
 cum quibus illa malum fecit adulterium.
 dixerit hic aliquis: quid? tu istaec, ianua, nosti,
 cui numquam domini limine abesse licet,
 nec populum auscultare, sed hic suffixa tigillo
 tantum operire soles aut aperire domum? 40
 saepe illam audiui furtiuia uoce loquentem
 solam cum ancillis haec sua flagitia,
 nomine dicentem quos diximus, utpote quae mi
 speraret nec linguam esse nec auriculam.
 praeterea addebat quendam, quem dicere nolo 45
 nomine, ne tollat rubra supercilia.
 longus homo est, magnas cui lites intulit olim
 falsum mendaci uentre puerperium.'

LXVIII

Qv o d mihi fortuna casuque oppressus acerbo
 conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,
 naufragum ut eiectum spumantibus aequoris undis
 subleuem et a mortis limine restituam,
 quem neque sancta Venus molli requiescere somno 5
 desertum in lecto caelibe perpetitur,
 nec ueterum dulci scriptorum carmine Musae
 oblectant, cum mens anxia peruigilat:

33 percurrit *V*: corr. *Auanius*³ Mella 1473: melo *O*, mello *X*
 37 dixit *O* hic *Gr*, hec *O*, his *R* quid *V*: qui *Aldina* iste *V*:
 corr. *R* 39 hic ζ , hoc ϵ : hec *V* 42 sola cum concillis (conciliis
X) *V*: corr. *amicus Venetus* *F. Robortelli* 44 speraret *Calph.*: sperent
V (speret *rmg*) 45 addebat *O* 46 ne α : te *V* 47 cui
B. Guarinus et Pall. (quo *Lachmann*): qui *V* 48 mendacii *V*: corr. β
 LXVIII 1 quo *O* 2 hec *O* mittit *X* 3 naufragium *V*:
 corr. $\zeta\eta$ 6 disertum *G*

CATVLLI

id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
 muneraque et Musarum hinc petis et Veneris. 10
 sed tibi ne mea sint ignota incommoda, Mani,
 neu me odisse putas hospitis officium,
 accipe, quis merser fortunae fluctibus ipse,
 ne amplius a misero dona beata petas.
 tempore quo primum uestis mihi tradita pura est, 15
 iucundum cum aetas florida uer ageret,
 multa satis lusi: non est dea nescia nostri,
 quae dulcem curis miscet amaritatem.
 sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
 abstulit. o misero frater adempte mihi, 20
 tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
 tecum una tota est nostra sepulta domus,
 omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 quae tuus in uita dulcis alebat amor.
 cuius ego interitu tota de mente fugaui 25
 haec studia atque omnes delicias animi.
 quare, quod scribis Veronae turpe Catullo
 esse, quod hic quisquis de meliore nota
 frigida deserto tepefactet membra cubili,
 id, Mani, non est turpe, magis miserum est. 30
 ignoscet igitur si, quae mihi luctus ademit,
 haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
 nam, quod scriptorum non magna est copia apud me,
 hoc fit, quod Romae uiuimus: illa domus,
 illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas; 35
 huc una ex multis capsula me sequitur.

10 petit G 11 commoda *V*: corr. γ Mani Lachmann, malli α, mi
 Alli Schöll: mali *V* (al. manli *R*) 12 seu *G* 16 uersum om. binc
O, post u. 49 iteratum in *V* 27 catulle *V*: corr. ζ 29 tepefactet
 Bergk, -faxit Lachmann, -fecit γ: tepefacit *V* (al. -factat *R*) 30
 Mani Lachmann, Malli Calph., mi Alli Schöll: mali *V*

CARMEN LXVIII

quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna
 id facere aut animo non satis ingenuo,
 quod tibi non utriusque petenti copia posta est:
 ultro ego deferrem, copia siqua foret.

40

Non possum reticere, deae, qua me Allius in re
 iuuerit aut quantis iuuerit officiis,
 ne fugiens saeclis obliuiscentibus aetas
 illius hoc caeca nocte tegat studium:
 sed dicam uobis, uos porro dicite multis
 milibus et facite haec carta loquatur anus.

45

notescatque magis mortuus atque magis,
 nec tenuem texens sublimis aranea telam
 in deserto Alli nomine opus faciat.
 nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,
 scitis, et in quo me torruerit genere,
 cum tantum arderem quantum Trinacia rupes
 lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis,
 maesta neque assiduo tabescere lumina fletu
 cessarent tristique imbre madere genae.
 qualis in aerii perlucens uertice montis
 riuus muscoso prosilit e lapide,
 qui cum de prona praeceps est ualle uolutus,
 per medium densi transit iter populi,

50

55

60

37 noli *O* 38 ingenio *V*: corr. α 39 posta *V*: praesto *Froeblich*,
 parta *Schwabe* 40 deferrem *I473*: differrem *V* (differem *G*)
 41 qua me Allius *Scaliger*: quam fallius *V* 42 inuenit . . . iuuerit *O*
 43 ne *Calph.*: nec *V* sedis *V*: corr. *I472* 46 cerata *O*, certa *G*,
 certa al. carta *R*: cera *Statius* 47 uersum om. *V* (deficit *in margine X*)
 48 notescamque *G* Post u. 49 exhibuit iocundum cometas florida ut
 ageret (u. 16) *V*: del. *I473* 50 ali *X* 51 nam] non *G* 52
 corruerit *V*: corr. *Turnebus* 54 cetheis *O*, eetheis *G*, oethis *R* maulia
V: corr. ζ termopilis *O*, -philis *G*, -phylis *R* 55 lumina θ : nummula
O, numula *X* 56 cessarent θ : cessare ne *V* 59 ualde *V*: corr. $\zeta\eta$

CATVLLI

dulce uiatori lasso in sudore leuamen,
 cum grauis exustos aestus hiulcat agros,
 ac uelut in nigro iactatis turbine nautis
 lenius aspirans aura secunda uenit
 iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, 65
 tale fuit nobis Allius auxilium.
 is clausum lato patefecit limite campum,
 isque domum nobis isque dedit dominae,
 ad quam communes exerceremus amores.
 quo mea se molli candida diua pede 70
 intulit et trito fulgentem in limine plantam
 innixa arguta constituit solea,
 coniugis ut quondam flagrans aduenit amore
 Protesilaeam Laudamia domum
 inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro 75
 hostia caelestis pacificasset eros.
 nil mihi tam ualde placeat, Ramnusia uirgo,
 quod temere inuitis suscipiatur eris.
 quam iejuna pium desideret ara cruorem,
 docta est amisso Laudamia uiro, 80
 coniugis ante coacta noui dimittere collum,
 quam ueniens una atque altera rursus hiems
 noctibus in longis auidum saturasset amorem,
 posset ut abrupto uiuere coniugio,
 quod scibant Parcae non longo tempore abesse, 85

61 dulce *Laetus*: duce *V* uiatorum *O*, uiatori *X* (al. -rum *R*) lasso η :
 basso *V* leuamus *V*: corr. *Calpb.* , 63 ac] hec *O*, hic *X* 64 leuius
V: corr. β 65 implorate *V*: corr. η 66 allius *O* (uel manlius *in*
margine), manlius *X*: *Manius Lachmann* 67 classum *X* 68 do-
 minae *Froeblich*: dominam *V* 73 amorem *V*: corr. r 74
 protesileam (-thes- *X*) laudomia *V* 75 incepta *V*: corr. *Turnebus*
 77 ramnusia *O*, ranusia *X* 79 desideret θ (defideret β): deficeret *V*
 80 laudomia *V* uirgo *V*: corr. *rmg* 81 nouit *V* (nouit al. uouit *R*):
 corr. *Auantius*³ 84 abrupto] abinnupto *O* 85 scirant *L. Mueller*,
 scibat *Lachmann* abesse $\zeta\eta$: abisse *V*

CARMEN LXVIII

si miles muros isset ad Iliacos.
 nam tum Helenae raptu primores Argiuorum
 cooperat ad sese Troia ciere uiros,
 Troia (nefas!) commune sepulcrum Asiae Europaeque,
 Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis, 90
 quaene etiam nostro letum miserabile fratri
 attulit. ei misero frater adempte mihi,
 ei misero fratri iucundum lumen ademptum,
 tecum una tota est nostra sepulta domus,
 omnia tecum una perierunt gaudia nostra, 95
 quae tuus in uita dulcis alebat amor.
 quem nunc tam longe non inter nota sepulcra
 nec prope cognatos compositum cineres,
 sed Troia obscena, Troia infelice sepultum
 detinet extremo terra aliena solo. 100
 ad quam tum properans fertur *<lecta>* undique pubes
 Graeca penetralis deseruisse focos,
 ne Paris abducta gauisus libera moecha
 otia pacato degeret in thalamo.
 quo tibi tum casu, pulcerrima Laudamia, 105
 ereptum est uita dulcius atque anima
 coniugium: tanto te absorbens uertice amoris
 aestus in abruptum detulerat barathrum,
 quale ferunt Grai Pheneum prope Cyllenaicum
 siccare emulsa pingue palude solum, 110
 quod quondam caesis montis fodisse medullis

90 Nonius p. 291 L. (cinis) feminino apud Caesarem et Catullum et Caluum lectum est, quorum uaccillat auctoritas (*cf.* ci. 4).

87 cum O 91 quaene etiam Heinsius: que uetet id V frater
 V (frater al. fratri R) 92 hei X frateter X 93 hei V
 iocundumque limine O adeptum V: corr. α 97 quem η: que V
 98 cineris V 101 tuum G lecta add. Eldik, simul 1472, alii alia
 103 nec V: corr. G 105 quod V: corr. ξ cum G laudomia V
 109 peneum V: corr. Auantius 110 siccari V (sic- O): corr. Schrader

CATVLLI

audit falsiparens Amphitryoniades,
tempore quo certa Stymphalia monstra sagitta
perculit imperio deterioris eri,
pluribus ut caeli tereretur ianua diuis,

115

Hebe nec longa uirginitate foret.
sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
qui tamen indomitam ferre iugum docuit.
nam nec tam carum confecto aetate parenti

una caput seri nata nepotis alit,
qui, cum diuiniis uix tandem inuentus auitis
nomen testatas intulit in tabulas,
impia derisi gentilis gaudia tollens

suscitat a cano uolturium capit:
nec tantum niueo gauisa est ulla columbo
compar, quae multo dicitur improbius
oscula mordenti semper decerpere rostro,
quam quae praecipue multiuola est mulier.

sed tu horum magnos uicisti sola furores,
ut semel es flauo conciliata uiro.

130

aut nihil aut paulo cui tum concedere digna
lux mea se nostrum contulit in gremium,
quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido
fulgebat crocina candidus in tunica.

quae tamen etsi uno non est contenta Catullo,
rara uerecundae furta feremus erae,
ne nimium simus stultorum more molesti.
saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,

112 audet *V*: corr. *Palmerius* amphitrioniadis (*amphyti-* *X*) *V*
114 pertulit *V*: corr. *β* 115 tereretur *R*, terneretur *O*, treneretur *G*:
terretur *rmg* 118 tamen *Heyse et indomitam Statius*: tuum domi-
tum *V* 119 tam *O*, causa *X* (al. neque tam carum *R*) 124 scu-
scitata cano uoltarium *V* 128 quam quae *Auantius³*, quantum
Calph.: quamquam *V* 129 tu horum *η*: tuorum *V* 130 es
flauo *ζη*: efflauo *O*, esflauo *X* 131 tum *Auantius³*: tu *V*

CARMEN LXVIII

coniugis in culpa flagrantem concoquit iram,
noscens omniuoli plurima furta Iouis.

140

atqui nec diuis homines componier aequum est,

· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·

ingratum tremuli tolle parentis onus.

nec tamen illa mihi dextra deducta paterna

fragrantem Assyrio uenit odore domum,

sed furtiuia dedit mira munuscula nocte,

145

ipsius ex ipso dempta uiri gremio.

quare illud satis est, si nobis is datur unis

quem lapide illa dies candidiore notat.

hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus

pro multis, Alli, redditur officiis,

150

ne uestrum scabra tangat rubigine nomen

haec atque illa dies atque alia atque alia.

huc addent diui quam plurima, quae Themis olim

antiquis solita est munera ferre piis.

sitis felices et tu simul et tua uita,

155

et domus *<ipsa>* in qua lusimus et domina,

et qui principio nobis †terram dedit aufert†,

a quo sunt primo omnia nata bona,

et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,

lux mea, qua uiua uiuere dulce mihi est.

160

139 concoquit iram *Lachmann*: cotidiana (quot- *X*) *V* 140 furta
 ζ : facta *V* (*cf. xxiii. 10*) 141 atqui θ : at quia δ : atque *V* 141 com-
ponier *Calph.*: componere *V* Post u. 141 lacunam indicauit *Marcilius*
143 dextra θ : de astra *X* 144 flagrantem *V* 145 mira
uix recte *V*: rara *Haupt* 147 is] hiis *O*, his *X* 148 diem 1473,
fort. recte 149 quo *Muretus* 150 Alli *Scaliger*: aliis *V*
155 sitis $\zeta\eta$: satis *V* uita r : uice *O*, uite *G*, uirtute *R* 156 ipsa
add. $\zeta\eta$, post qua *add.* nos uel olim alii 157 locus *conclamatus*
158 bona ζ : bono *V* semina nata boni *Peiper* 159 qui *G*
160 d. mihi est β , d. mihi ζ : mihi d. est *V*

CATVLLI

LXIX

NOLI admirari, quare tibi femina nulla,
 Rufe, uelit tenerum supposuisse femur,
 non si illam rarae labefactes munere uestis
 aut perluciduli deliciis lapidis.
 laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur 5
 ualle sub alarum trux habitare caper.
 hunc metuunt omnes, neque mirum: nam mala ualde est
 bestia, nec quicum bella puella cubet.
 quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
 aut admirari desine cur fugiunt. 10

LXX

NVLLI se dicit mulier mea nubere malle
 quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat.
 dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
 in uento et rapida scribere oportet aqua.

LXXI

Si cui iure bono sacer alarum obstitit hircus,
 aut si quem merito tarda podagra secat,
 aemulus iste tuus, qui uestrum exercet amorem,
 mirifice est ta te nactus utrumque malum.
 nam quotiens futuit, totiens ulciscitur ambos: 5
 illam afflit odore, ipse perit podagra.

LXIX 2 ruffe *V*: corr. *m* 3 non illam rarae *Calph.* (si add. *Aldina*):
 nos illa mare *V* 4 pro luciduli *R* 5 qua *g*: que *V* 8 qui
 cum *β*: cui cum *V*

LXXI 1 cui *Calph.* (quo *Vossius*): qua *V* (qua al. quo *R*) iure
Pall., *Virro* *B.* *Guarinus*: uiro *V* sacer alarum *Calph.*: *sacratorum O*,
sacrorum X 2 quem *θ*: quam *V* podraga *X* secat *ζ*: secunt
O, secum *X* 3 nostrum *g*

CARMEN LXXII

LXXII

DICEBAS quondam solum te nosse Catullum,
 Lesbia, nec p^{rae} me uelle tenere Iouem.
 dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam,
 sed pater ut gnatos diligit et generos.
 nunc te cognoui: quare etsi impensius uror, 5
 multo mi tamen es uilior et leuior.
 qui potis est, inquis? quod amantem iniuria talis
 cogit amare magis, sed bene uelle minus.

LXXIII

DESINE de quoquam quicquam bene uelle mereri
 aut aliquem fieri posse putare pium.
 omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne
 ⟨prodest,⟩ immo etiam taedet obestque magis;
 ut mihi, quem nemo grauius nec acerbius urget, 5
 quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

LXXIV

GELLIVS audierat patruum obiurgare solere,
 si quis delicias diceret aut faceret.
 hoc ne ipsi accideret, patrui perdepsuit ipsam
 uxorem et patruum reddidit Arpocratem.
 quod uoluit fecit: nam, quamuis irrumet ipsum 5
 nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

LXXII 8 citat Donatus in Terentium, Andr. 718.

LXXII 2 p^{rae} me R, prime O, per me G 6 mi tamen es A.
Guarinus: ita me nec V 7 quod β: quam V

LXXIII 1 quicquam ζ: quisquam V 4 prodest add. *Auantius*³,
 iuuerit *Baehrens*, iam iuuat *Munro* 4 obstetque R (stetque r) magis
Aldina: magisque magis V 5 quem γ: que V 6 habet X
 (habuit in margine R)

LXXIV 1 Selius O (Sellius O corr.), Lelius G, Lelius al. Gellius R
 solere B. *Guarinus:* flere V 3 perdespuit V: corr. ‘uir eruditus’ apud
Statium 4 harpocratem V

CATVLLI

LXXV

Hvc est mens deducta tua mea, Lesbia, culpa
 atque ita se officio perdidit ipsa suo,
 ut iam nec bene uelle queat tibi, si optima fias,
 nec desistere amare, omnia si facias.

LXXVI

SIQVA recordanti benefacta priora uoluptas
 est homini, cum se cogitat esse pium,
 nec sanctam uiolasse fidem, nec foedere nullo
 diuum ad fallendos numine abusum homines,
 multa parata manent in longa aetate, Catulle, 5
 ex hoc ingratu gaudia amore tibi.
 nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt
 aut facere, haec a te dictaque factaque sunt.
 omnia quae ingratae perierunt credita menti.
 quare iam te cur amplius excrucies ? 10
 quin tu animo offiras atque istinc teque reducis,
 et dis inuitis desinis esse miser ?
 difficile est longum subito deponere amorem,
 difficile est, uerum hoc qua lubet efficias:
 una salus haec est, hoc est tibi peruincendum,
 hoc facias, siue id non pote siue pote. 15
 o di, si uestrum est misereri, aut si quibus umquam
 extremam iam ipsa in morte tulistis opem,

LXXV 3 uelle queat *Lachmann* (queam θ): uelleque tot *V*

LXXVI 3 nullo *V* (*cf. xlvi. 4*): in ullo θ , *fort. recte* 5 manent $\zeta\eta$:
 manentum *O*, manenti *X* 8 sint *O* 9 omniaque *V* 10 iam
 te cur $\zeta\eta$: cur te iam *V* 11 quin θ : qui *V* tu *r*: tui *V* affiras
R 12 istinc teque *Heinsius*: instincteque *O*, -toque *X* 12 dis γ ,
 deis ϵ : des *V* 13 amicum *R* 14 hec *O* 15 quam lubet *V*:
corr. ζ officias *O* 15 hoc *R*: hec *V* 16 hoc *R*: hec *V* faties
R 17 miseri *O* 18 extremam *cod. Berol.*: extremo *V* (-ma *r*)
 ipsa in *Aldina*: ipsam *V*

CARMEN LXXVI

me miserum aspicite et, si uitam puriter egi,
 eripite hanc pestem perniciemque mihi, 20
 quae mihi subrepens imos ut torpor in artus
 expulit ex omni pectore laetitas.
 non iam illud quaero, contra me ut diligit illa,
 aut, quod non potis est, esse pudica uelit:
 ipse ualere opto et taetrum hunc deponere morbum. 25
 o di, reddite mi hoc pro pietate mea.

LXXVII

R_{VFE} mihi frustra ac nequiquam credite amice
 (frustra? immo magno cum pretio atque malo),
 sicne subrepsti mi, atque intestina perurens
 ei misero eripuisti omnia nostra bona?
 eripuisti, heu heu nostrae crudele uenenum 5
 uitae, heu heu nostrae pestis amicitiae.

LXXVIII

GALLVS habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
 alterius, lepidus filius alterius.
 Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
 cum puero ut bello bella puella cubet.
 Gallus homo est stultus, nec se uidet esse maritum, 5
 qui patruus patrui monstret adulterium.

21 quae *Calph.*: seu *V* torpor *η*: corpore *V* 22 delitias *R*
 23 me ut *β*, ut me *ζ*: me ut me *V* 26 dei *V* (dii *R*) mi *r*: michi
V pro pietate *m*: proprietate *V* 3 surrepsti *Calph.*:
 LXXVII 1 ruffe *V*: corr. *m* amico *X* 3 surrepsti *Calph.*:
 subrepti *O*, subrecti *X* mei *V* 4 ei *Lachmann*, sic *ζ*: si *V* (si al.
 mi *R*) 5 et 6 heu heu *r*: heu *V* (he heu *G*) 6 nostro *X* pestis
B. Guarinus: pectus *V*

CATVLLI

LXXVIII^b

* * * * *

sed nunc id doleo, quod purae pura puellae
 suauia comminxit spurca saliuia tua.
 uerum id non impune feres: nam te omnia saecla
 noscent et, qui sis, fama loquetur anus.

LXXIX

LESBIVS est pulcer. quid ni? quem Lesbia malit
 quam te cum tota gente, Catulle, tua.
 sed tamen hic pulcer uendat cum gente Catullum,
 si tria notorum suauia reppererit.

LXXX

QVID dicam, Gelli, quare rosea ista labella
 hiberna fiant candidiora niue,
 mane domo cum exis et cum te octaua quiete
 e molli longo suscitat hora die?
 nescio quid certe est: an uere fama susurrat
 grandia te medii tenta uorare uiri?
 sic certe est: clamant Victoris rupta miselli
 ilia, et emulso labra notata sero.

5

LXXVIII^b *Hos quattuor uersus post lxxvii. 6 posuit Scaliger, alibi alii
 2 comminxit Scaliger: connuxit O, coniunxit X 3 u. id non O, u.
 non id G, id u. non R 4 quis scis X fama loquetur anus Calph.:
 famuloque tanus V (canus G, tanus al. -e- R)*

LXXIX 1 ni quem Calph. (ni iam 1473): inquam V mallit X
 4 natorum X repererit X

LXXX 2 ruberna O 3 exis et ζη: exisset V 6 tanta V (tanta
 al. tenta R) 8 ilia et emulso B. Guarinus (*P. Valerianus et G. Faernus, teste Statio*): ille te mulso V

CARMEN LXXXI

LXXXI

NEMONE in tanto potuit populo esse, Iuuenti,
 bellus homo, quem tu diligere inciperes,
 praeterquam iste tuus moribunda ab sede Pisauri
 hospes inaurata pallidior statua,
 qui tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis 5
 audes, et nescis quod facinus facias?

LXXXII

QVINTI, si tibi uis oculos debere Catullum
 aut aliud si quid carius est oculis,
 eripere ei noli, multo quod carius illi
 est oculis seu quid carius est oculis.

LXXXIII

LESBIA mi praesente uiro mala plurima dicit:
 haec illi fatuo maxima laetitia est.
 mule, nihil sentis? si nostri oblita taceret,
 sana esset: nunc quod gannit et obloquitur,
 non solum meminit, sed, quae multo acrior est res, 5
 irata est. hoc est, uritur et loquitur.

LXXXIV

CHOMMODA dicebat, si quando commoda uellet
 dicere, et insidias Arrius hinsidias,
 et tum mirifice sperabat se esse locutum,

LXXXI 1 uiuenti *V*: corr. 1472 3 ab *V*: a m pisanum *O*
 5 qui *Calph.*: quid *V* 6 quod *ζη*: quid *V*
 LXXXIII 3 mulle *X* 4 sanna *O*, samia *G*, samia al. sana *R* 6
 hec *V*: corr. *G*
 LXXXIV 1 chommoda *Calph.*, chomoda *Pontanus*: commoda *V* 2
 hinsidias *Politianus* et *Calph.*: insidias he (hee *O*) *V* (he del. r) 3, 4 bic
 collocauit *Politianus*, post u. 10 *V*

CATVLLI

cum quantum poterat dixerat hinsidias.
 credo, sic mater, sic liber auunculus eius, · 5
 sic maternus auus dixerat atque auia.
 hoc misso in Syriam requierant omnibus aures:
 audibant eadem haec leniter et leuiter,
 nec sibi postilla metuebant talia uerba,
 cum subito affertur nuntius horribilis, 10
 Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
 iam non Ionios esse sed Hionios.

LXXXV

ODI et amo. quare id faciam, fortasse requiris?
 nescio, sed fieri sentio et excrucior.

LXXXVI

QVINTIA formosa est multis. mihi candida, longa,
 recta est: haec ego sic singula confiteor.
 totum illud formosa nego: nam nulla uenustas,
 nulla in tam magno est corpore mica salis.
 Lesbia formosa est, quae cum pulcerrima tota est, 5
 tum omnibus una omnis surripuit Veneres.

LXXXVI 4 *Quintilianus, inst. orat. vi. 3.* 18 et Catullus, cum dicit
 ‘nulla est in corpore mica salis’, non hoc dicit, nihil in corpore eius esse
 ridiculum.

4 hinsidias *Parth.*: insidias *V* 5 liber *multis suspectum* eius *η*:
 eius est *V* 7 hoc *ε*: hec *O*, hic *G*, hic al. hec *R* syriam *g*: syria *V*
 (sir- *O*) 8 audiebant *V*: corr. *η* 11 Arius *Calph.*: arcius *O*,
 artius *X* esset *G* 12 hionios *θ* et *Politianus*: ionios *V* (ionios . . .
 Ionios *X*)

LXXXV 1 ama *Ri* 2 sed] si *O*
 LXXXVI 6 omnes *X*

CARMEN LXXXVII

LXXXVII

N^VLLA potest mulier tantum se dicere amatam
uere, quantum a me Lesbia amata mea est.
nulla fides ullo fuit umquam foedere tanta,
quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

LXXXVIII

QVID facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore
prurit et abiectis peruigilat tunicis?
quid facit is, patruum qui non sinit esse maritum?
ecquid scis quantum suscipiat sceleris?
suscepit, o Gelli, quantum non ultima Tethys 5
nec genitor Nympharum abluit Oceanus:
nam nihil est quicquam sceleris, quo prodeat ultra,
non si demisso se ipse uoret capite.

LXXXIX

GELLIVS est tenuis: quid ni? cui tam bona mater
tamque ualens uiuat tamque uenusta soror
tamque bonus patruus tamque omnia plena puellis
cognatis, quare is desinat esse macer?
qui ut nihil attingat, nisi quod fas tangere non est, 5
quantumuis quare sit macer inuenies.

XC

NASCATVR magus ex Gelli matrisque nefando
coniugio et discat Persicum aruspicium:

| | | |
|--|-------------------------------------|---------------------------------|
| LXXXVII 1 potest] pone <i>G</i> | 2 est <i>V</i> : es <i>Scaliger</i> | 3 umquam |
| in <i>Pall.</i> tanto <i>V</i> : corr. $\zeta\eta$ | | |
| LXXXVIII 2 prurit β : prorurit <i>O</i> , proruit <i>X</i> | 4 et quid <i>V</i> | 5 |
| thetis <i>V</i> : corr. <i>m</i> | | |
| LXXXIX 1 Tellius <i>O</i> | 4 mater <i>V</i> : corr. τ | 6 fit <i>V</i> : corr. γ |
| XC 1 magnus <i>V</i> : corr. $\zeta\eta$ | | |

nam magus ex matre et gnato gignatur oportet,
 si uera est Persarum impia religio,
 gratus ut accepto ueneretur carmine diuos
 omentum in flamma pingue liquefaciens. 5

XCI

NON ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum
 in misero hoc nostro, hoc perduto amore fore,
 quod te cognossem bene constantemue putarem
 aut posse a turpi mentem inhibere probro;
 sed neque quod matrem nec germanam esse uidebam 5
 hanc tibi, cuius me magnus edebat amor.
 et quamuis tecum multo coniungerer usu,
 non satis id causae credideram esse tibi.
 tu satis id duxti: tantum tibi gaudium in omni
 culpa est, in quacumque est aliquid sceleris. 10

XCII

LESBIA mi dicit semper male nec tacet umquam
 de me: Lesbia me dispeream nisi amat.
 quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor illam
 assidue, uerum dispeream nisi amo.

XCII 1-4 *Aulus Gellius vii. 16. 2* (quispiam) cum esset uerbum ‘deprecor’
 doctiuscule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidissimos
 uersus esse dicebat omnium quidem iudicio uenustissimos, quos subscripti:
 ‘Lesbia . . . amo.’

3 magnus *V*: corr. γ 5 gratus *L. Mueller*: gnatus *V* 6 omen-
 tum μ (?) ϵ : quintum *O*, omne tum *X*

XCI 3 constanterue *R* 4 a $\zeta\eta$: aut *V* mente *V*: corr. ζ 9
 induxti *V*: corr. *Aldina*

XCII 2-4 amat . . . nisi *om. X* 3 mea *Vossius*: ea *O* et traditus
Gelli textus 4 uero *O* amo al. amat *R*

CARMEN XCIII

XCIII

NIL nimium studeo, Caesar, tibi uelle placere,
nec scire utrum sis albus an ater homo.

XCIV

MENTVLA moechatur. Moechatur mentula? Certe.
Hoc est quod dicunt: ipsa olera olla legit.

XCV

ZMYRNA mei Cinnae nonam post denique messem
quam coepta est nonamque edita post hiemem,
milia cum interea quingenta Hortensius uno

Zmyrna cauas Satrachi penitus mittetur ad undas, 5
Zmyrnam cana diu saecula peruoluent.
at Volusi annales Paduam morientur ad ipsam
et laxas scombris saepe dabunt tunicas.

XCV^b

PARVA mei mihi sint cordi monimenta . . .,
at populus tumido gaudeat Antimacho.

XCIII 2 *Quintilianus, inst. orat. xi. 1. 38* negat se magni facere aliquis
poetarum 'utrum Caesar ater an albus homo sit'.

XCIII 2 scire 'in uetustiori codice' testatur A. Guarinus: si ore V sis
albus an ater ex 'probatissimis codicibus' Beroaldus: si saluus an alter V

XCV 1 Zinirna OG mensem O 5, 6 Zinirna, -am V 5 canas
V: corr. ζη 6 peruoluit V: corr. Calpb.

XCVb a praecedentibus seiunxit Statius, haud scio an recte 1 sodalis
add. Aldina, Catonis Leo, laboris ζη, alii alia 2 tumido X, uel
tu timido O eutimacho V

CATULLI

XCVI

Si quicquam mutis gratum acceptumue sepulcris
 accidere a nostro, Calve, dolore potest,
 quo desiderio ueteres renouamus amores
 atque olim missas flemus amicitias,
 certe non tanto mors immatura dolori est
 Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

5

XCVII

Non (ita me di ament) quicquam referre putaui,
 utrumne os an culum olfacerem Aemilio.
 nilo mundius hoc, nihiloque immundius illud,
 uerum etiam culus mundior et melior:
 nam sine dentibus est. hoc dentis sesquipedalis,
 gingiuas uero ploxeni habet ueteris,
 praeterea rictum qualem diffissus in aestu
 meientis mulae cunnus habere solet.
 hic futuit multas et se facit esse uenustum,
 et non pistrino traditur atque asino?
 quem siqua attingit, non illam posse putemus
 aegroti culum lingere carnificis?

5

10

XCVII 6 *Quintilianus, inst. orat. i. 5. 8* Catullus ‘ploxenum’ circa Padum
 inuenit; *Festus p. 260 L.* ploxinum appellari ait Catullus capsum in cisio
 capsamue, cum dixit ‘gingiuas . . . ueteris’.

XCVI 1 et gratum *V*: corr. ϵ 3 que *O* renouamur *O*
 5 dolori β : dolor *V* 6 Quintilie *Rmg*: quintile *V*
 XCVII 1 quicquid *V* (al. quicquam *R*) 2 utrumne *Auantius*³:
 utrum *V* 3 nilo *G*: nihilo *OR* nihiloque θ : nobisque *V* im-
 mundior ille *Lachmann* 5 hoc *cod. Vaticanus lat. 1608*, os *Froeblich*
 (dentis os *iam* ζ): hic *V* seseque dedalis *V*: corr. ζ 6 ploxnio *O*,
 ploxonio *X* 7 diffissus *Statius*: deffessus *V* (defes- *X*) aestu $\zeta\eta$:
 estum *V* 8 megentis *V*: corr. r mulle *X* 9 fecit *X*

CARMEN XCVIII

XCVIII

IN te, si in quemquam, dici potе, putide Victi,
 id quod uerbosis dicitur et fatuis.
 ista cum lingua, si usus ueniat tibi, possis
 culos et crepidas lingere carpatinas.
 si nos omnino uis omnes perdere, Victi,
 hiscas: omnino quod cupis efficies. 5

XCIX

SVRIPVI tibi, dum ludis, mellite Iuuenti,
 suauiolum dulci dulcius ambrosia.
 uerum id non impune tuli: namque amplius horam
 suffixum in summa me memini esse cruce,
 dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis 5
 tantillum uestrae demere saeuitiae.
 nam simul id factum est, multis diluta labella
 guttis abstersisti omnibus articulis,
 ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,
 tamquam commictae spurca saliuia lupae. 10
 praeterea infesto miserum me tradere amori
 non cessasti omnique excruciare modo,
 ut mi ex ambrosia mutatum iam foret illud
 suauiolum tristi tristius elleboro.
 quam quoniam poenam misero proponis amori,
 numquam iam posthac basia surripiam. 15

XCVIII 1 in quenquam *Aldina*: inquam quam *V* potе *om.* *O*
 1 et 5 uicti *V*, quod *idem ac uicci sonat*: Vetti *Statius*, Vitti *Haupt*
 4 carpartians *O*, carpartians *X* (*carpatinas in margine R*) 5 uos *O*
 6 hiscas *Vossius*: discas *V*

XCIIX 1 surripuit *V* (*surmpuit O*): corr. $\zeta\eta$ 2 ambrosio *V*: corr. ϵ
 7 id] ad *G* 8 abstersisti *Auantius³*: abstersti *O*, astersi *X* 9 ne
 ϵ : nec *V* 10 comitte *O*, commicte *G*, conmincte *R* 13 mi η :
 michi *V* ambrosio *V*: corr. ζ

CATVLLI

C

CAELIVS Aufillenum et Quintius Aufillenam
 flos Veronensem depereunt iuuenum,
 hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud
 fraternum uere dulce sodalicium.
 cui faueam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis 5
 perspecta ex igni est unica amicitia,
 cum uesana meas torreret flamma medullas.
 sis felix, Caeli, sis in amore potens.

CI

MVLTAS per gentes et multa per aequora uectus
 aduenio has miseras, frater, ad inferias,
 ut te postremo donarem munere mortis
 et mutam nequ quam alloquerer cinerem.
 quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum, 5
 heu miser indigne frater adempte mihi,
 nunc tamen interea haec, prisco quae more parentum
 tradita sunt tristi munere ad inferias,
 accipe fraterno multum manantia fletu,
 atque in perpetuum, frater, aue atque uale. 10

CII

Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
 cuius sit penitus nota fides animi,
 meque esse inuenies illorum iure sacratum,
 Cornelii, et factum me esse puta Arpocratem.

C I Gellius *O*, Celius *X* aufilenum, -nam *V* 2 treronensem *O*,
 ueronensem *G*, trenorensum al. ueronensem *R* depereunt η : depereret
V (al. -ant *R*) 6 perspecta ζ : perfecta *V* ex igni Schöll (*sed ex uix recite*), egregie Baehrens: est igitur *O*, est exigitur *G*, est igitur al. exigitur *R*
 CI 6 hei misero *Auantius*³ 7 hec *O*, hoc *X* priscoque *V*
 8 tristis munera Lachmann
 CII 1 amico r : antiquo *V*

CARMEN CIII

CIII

AVT sodes mihi redde decem sestertia, Silo,
deinde esto quamuis saeuus et indomitus:
aut, si te nummi delectant, desine quaeso
leno esse atque idem saeuus et indomitus.

CIV

CREDIS me potuisse meae maledicere uitae,
ambobus mihi quae carior est oculis?
non potui, nec, si possem, tam perdite amarem:
sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

CV

MENTVLA conatur Pipleium scandere montem:
Musae furcillis praecipitem eiciunt.

CVI

CVM puero bello praeconem qui uidet esse,
quid credat, nisi se uendere discupere?

CVII

SI quicquam cupido optantique optigit umquam
insperanti, hoc est gratum animo proprie.
quare hoc est gratum tnobis quoque carius auro
quod te restituis, Lesbia, mi cupido.

CIII 1 sextercia *V* 2 esto] est *O*, est o *X* 3 mimi *O*, mi mi
G, mimi al. numi *R*

CIV 3 si *om.* *O* perdita *O* amare *V*: corr. ζ
CV 1 pipileum *V*: corr. *R* scindere *V*: corr. ζ 2 furciliis *V*:
corr. *R*

CVI 1 bello *Aldina*: obelio *V* (obellio *Rmg*) esse *V* (ipse *R*)
CVII 1 quicquam ϵ , quoi quid *Ribbeck*: quid quid *O*, quicquid *X*
cupidoque *Aldina* obtigit *X* 2 insperati *Heinsius* 3 nobis
quoque *V*: nobisque est *Haupt*

CATVLLI

restituis cupido atque insperanti, ipsa refers te
nobis. o lucem candidiore nota!
quis me uno uiuit felicior, aut magis †hac est
†optandus uita dicere quis poterit?

5

CVIII

Si, Comini, populi arbitrio tua cana senectus
spurcata impuris moribus intereat,
non equidem dubito quin primum inimica bonorum
lingua exsecta auido sit data uulturio,
effosso oculos uoret atro gutture coruus,
intestina canes, cetera membra lupi.

5

CIX

Ivcvndvm, mea uita, mihi proponis amorem
hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.
di magni, facite ut uere promittere possit,
atque id sincere dicat et ex animo,
ut liceat nobis tota perducere uita
aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

5

CX

Avfillena, bonae semper laudantur amicae:
acciunt pretium, quae facere instituunt.
tu, quod promisti, mihi quod mentita inimica es,
quod nec das et fers saepe, facis facinus.

5 inspiranti O 6 luce V: corr. B. Guarinus 7 hac O, me X
hac res / optandas Lachmann

CVIII 1 sic homini V: corr. B. Guarinus populari V: corr. Statius
(arbitrio populi Calph.) 4 execta ζ: exercita O, exerta X

CIX 1 amore V: corr. ζη 6 eterne O

CX 1 Auffilena V 2 quae] quia O 3 promisisti V: corr. γ
4 et B. Guarinus: nec V

CARMEN CX

aut facere ingenuae est, aut non promisse pudicae, 5
Aufillena, fuit: sed data corripere
fraudando officiis, plus quam meretricis auarae <est>,
quae sese toto corpore prostituit.

CXI

AVFILLENA, uiro contentam uiuere solo,
nuptarum laus ex laudibus eximiis:
sed cuiuis quamuis potius succumbere par est,
quam matrem fratres ex patruo . . .

CXII

MVLTVS homo es, Naso, neque tecum multus homo
<est quin>
te scindat: Naso, multus es et pathicus.

CXIII

CONSULE Pompeio primum duo, Cinna, solebant
Maeciliam: facto consule nunc iterum
manserunt duo, sed creuerunt milia in unum
singula. fecundum semen adulterio.

CXIV

FIRMANO saltu non falso Mentula diues
fertur, qui tot res in se habet egregias,

5 promisse *B. Guarinus et Parth.*: promissa *V* 6 aut fillena *O*,
auffilena *X* 7 officiis *Bergk*, effectis *Ellis*, effecit *β*: efficit *V* est
add. Calph. 8 toto *γ*, totam *Westphal*: tota *V*

CXI 1 aut fillenam *O*, auffilenam (-mam *R*) *X*: -ena *γ* contemptam *O*
2 ex *Passerat* (*e iam Scaliger*): est *V* est . . . ex nimiis *Baehrens* 3
pars *V*: corr. *ζ* 4 efficere ex p. 1472, ex p. parere *Doering*, *alii alia*:
lacunam exhibuit V

CXII 1 es *Parth.*: est *V* homost quin *Schwabe*, homo est qui
Scaliger: homo *V* (homoque *R*) 2 te scindat post *Hauptium Schwabe*:
descendit *V*

CXIII 2 Meciliam *G*: mecilia *V* 4 singulum *V*: corr. 1472

CXIV 1 Firmano saltu *Aldina* (saltus *iam B. Guarinus*): firmanus saluis
V mensula *V*: corr. *ε*

CATVLLI

aucupium omne genus, piscis, prata, arua ferasque.
nequiquam: fructus sumptibus exsuperat.
quare concedo sit diues, dum omnia desint. 5
saltum laudemus, dum †modo ipse egeat.

CXV

MENTVLA habet instar triginta iugera prati,
quadraginta arui: cetera sunt maria.
cur non diuitiis Croesum superare potis sit,
uno qui in saltu tot bona possideat,
prata arua ingentes siluas saltusque paludesque 5
usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum?
omnia magna haec sunt, tamen ipsest maximus ultiro,
non homo, sed uero mentula magna minax.

CXVI

SAEPE tibi studioso animo uenante requires
carmina uti possem mittere Battiadae,
qui te lenirem nobis, neu conarere
tela infesta <meum> mittere in usque caput,
hunc uideo mihi nunc frustra sumptum esse laborem, 5
Gelli, nec nostras hic ualuisse preces.
contra nos tela ista tua euitabimus †amitha
at fixus nostris tu dabis supplicium.

3 aucupium ζ, aucupia γ: aucupiam (an cupiam O) V 6 saltem X
dum modo V: dum tamen β, alii alia

CXV 1 instar (istar O) V: noster *Auantius*³, saltum *Housman* 3
potis sit ζ: potuisset V 4 bona *Aldina*: moda V possiderat O
5 iugentis O 7 ipsest *Froeblich* (ipse est ξη): ipse si V ultro 1473:
ultor V

CXVI 1 requires V: corr. *Auantius* 2 batriade V: corr. *Parth.*
4 tela *Muretus*: telis (celis O) V meum add. *Muretus* mittere
inusque codd. *recentiores aliquot*: mitteremusque V 6 hic ζ: hinc V
7 euitamus ζ amitha O, amicta X: amictu ε 8 at fixus ζ:
affixus V

CARMEN CXVI

textui Subiungit G, praescribit R:

Versus domini Beneuenuti de Campexanis de Vicencia
de resurrectione Catulli poete Veronensis.

Ad patriam uenio longis a finibus exul;
causa mei redditus compatriota fuit,
scilicet a calamis tribuit cui Francia nomen
quiique notat turbae praetereuntis iter.
quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,
cuius sub modio clausa papirus erat.

F R A G M E N T A

I

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque . . . Priape.
nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia, ceteris ostriosior oris.

Marius Victorinus, ars gramm. (p. 119 et 151 K.), *Caesius Bassus de metris* (p. 260 K.), *Terentianus de metris* 2755–8 (p. 406 K.), *Atilius Fortunianus, ars* (p. 268 et 292 K.), ‘*Censorini*’ *de metris* (p. 605 K.) 2 quaque lege Priapi Buecheler.

II

de meo ligurrire libido est

Nonius p. 200 L. s.v. ‘*ligurrire*’.

III

at non effugies meos iambos

Porphyry ad Horati carm. i. 16. 22 denique et Catullus, cum maled cta minaretur, sic ait:

IV

Plinius, hist. nat. xxviii. 19: Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio.

V

Seruius ad Vergili georg. ii. 95: Hanc uuam (Rhaeticam) Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium; contra Catullus eam uituperat et dicit nulli rei esse aptam, miraturque cur eam laudauerit Cato.

APPENDIX

Carmina graeca quae latine imitatus est poeta
noster

(a) Ad Catulli carmen li: Sapphus carmen (*Poetarum Lesbiorum fragmenta*, ediderunt E. Lobel et D. Page Oxonii MCMLV, no. 31).

φαίνεται μοι κῆνος ἵσος θέοιςιν
ἔμμεν' ὥνηρ, ὅττις ἐνάντιός τοι
ἰδάνει καὶ πλάσιον ἀδυ φωνεί-
 ςας ὑπακούει
καὶ γελαίςας ἴμέροεν, τό μ' ἦ μὰν
καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόαισεν,
ὡς γὰρ ἔς τ' ἵδω βρόχε' ὡς με φώναι-
 ς' οὐδ' ἐν ἔτ' εἴκει,
ἀλλ' ἄκαν μὲν γλῶσσα τέλαγε λέπτον
δ' αὔτικα χρῶι πῦρ ὑπαδεδρόμηκεν,
οὐπάτεσσι δ' οὐδ' ἐν ὅρημμ', ἐπιρρόμ-
 βεισι δ' ἄκουαι,
κὰδ δέ μ' ἵδρως κακχέεται, τρόμος δὲ
παῖσαν ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύης
 φαίνομ' ταὶ . . .
ἀλλὰ πὰν τόλματον ἐπεὶ ταὶ καὶ πένητα . . .

(b) Ad Catulli carmen lxvi: Callimachi Coma Berenices (*Callimachus* edidit R. Pfeiffer Oxonii 1 MCMXLIX fragm. 110—uersus laceros praetermissi nonnullos).

¹ πάντα τὸν ἐν γραμμαῖς ὃδῶν ὅρον ἢ τε φέρονται

7 Τη με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἡέρι τὸν Βερενίκης
βόστρυχον ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς

APPENDIX

13/14 [cύμβολον ἐννυχίης . . . ἀεθλοσύνης?]

- 40 . . . σήν τε κάρην ὥμοσα σόν τε βίον
 ἀμνά] μω[ν Θείης ἀργὸς ὑ] περφέρεται,
 45 βουπόρος Ἀρσινόης μητρὸς σέο, καὶ διὰ μέ[ccou
 Μηδείων ὄλοαι νῆες ἔβησαν Ἀθω.
 τί πλόκαμοι ρέξωμεν, ὅτ' οὔρεα τοῖα σιδή[ρῳ
 εἴκουσιν; Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
 γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτόν, οἵ μιν ἔφ[ηναν
 50 πρῶτοι καὶ τυπίδων ἔφρασαν ἐργασίην.
 ὅρτι νεότμητόν με κόμαι ποθέεσκον ἀδε[λφεαί,
 καὶ πρόκατε γνωτὸς Μέμνονος Αἰθίοπος
 ἵετο κυκλώσας βαλιὰ πτερὰ θῆλυς ἀγήτης,
 ἵππος ἱοζώνου Λοκρίδος Ἀρσινόης,
 55 ὥρπ]ας δὲ πνοιῇ με, δι' ἡέρα δ' ὑγρὸν ἐνείκας
 Κύπρ]ιδος εἰς κόλπους . . . [ἔθηκε] . . .
 αὐτή μιν Ζεφυρῦτις ἐπὶ χρέος . . .
 . . . Κανωπίτου ναιέτις α[ἰγιαλοῦ.
 ὕφρα δὲ] μὴ νύμφης Μινωίδος ο[. . .
 60 . . .]ος ἀνθρώποις μοῦνον ἐπι . . .
 φάες]ιν ἐν πολέεσσιν ἀρίθμιος ἀλλ[ὰ γένωμαι
 καὶ Βερ]ενίκειος καλὸς ἐγὼ πλόκαμ[ος,
 ὕδασι] λουόμενόν με παρ' ἀθα[νάτους ἀνιόντα
 Κύπρι]ς ἐν ἀρχαίοις ἀστρον [ἔθηκε νέον.
- 75 οὐ τάδε μοι τοσσήνδε φέρει χάριν ὕσσον ἐκείνης
 ἀ]σχάλλω κορυφῆς οὐκέτι θιξόμεν[ος,
 ἥς ἄπο, παρθενίη μὲν ὅτ' ἦν ἔτι, πολλὰ πέπωκα
 λιτά, γυναικείων δ' οὐκ ἀπέλαυσα μύρων.

INDEX NOMINVM

- | | |
|---|---|
| <p>Achilles lxiv 338. Achiui lxiv 366. Acme xlvi 1, 2, 10, 21, 23. Adoneus xxix 8. Adria, <i>u.</i> Hadria. Aeeteus lxiv 3. Aegeus lxiv 213. Aegyptus lxvi 36. Aemilius xcvii 2. Aethiops lxvi 52. Africus lxi 199. Aganippe lxi 30. Alfenus xxx 1. Allius lxviii 41, 50, 66, 150 (<i>cf.</i> Manius). Alpes xi 9. Amarunsius lxiv 395. Amastris iv 13. Amathus xxxvi 14. Amathusia lxviii 51. Ameana xli 1. Amor xlvi 8, 17; xcix 11 (<i>cf.</i> Cupido). Amphitrite lxiv 11. Amphitryoniades lxviii 112. Ancon xxxvi 13. Androgeoneus lxiv 77. Antimachus xcv b 2. Antius xliv 11. Aonius lxi 28. Apheliotes xxvi 3. Aquinus xiv 18. Arabes xi 5. Argiuus lxiv 4; lxviii 87. Ariadna lxiv 54, 253. Ariadnaeus lxvi 60. Arpocrates lxxiv 4; cii 4. Arrius lxxxiv 2, 11. Arsinoe lxvi 54. Asia xlvi 6; lxvi 36; lxviii 89. Asius lxi 22.</p> | <p>Asinius xii 1. Assyrius lxvi 12; lxviii 144. Athenae lxiv 81 (<i>cf.</i> Cecropia). Athos lxvi 46. Attis lxiii 1, 27, 32, 42, 45, 88. Aufillena c 1; cx 1, 6; cxi 1. Aufillenus c 1. Aurelius xi 1; xv 2; xvi 2; xxi 1. Aurora lxiv 271. Aurunculeia lxi 82 (<i>cf.</i> Iunia). Auster xxvi 1.</p> <p>Balbus lxvii 3. Battades lxv 16; cxvi 2. Battus vii 6. Beroniceus lxvi 8. Bithynia x 7. Bithynus xxxi 5. Bononiensis lix 1. Bootes lxvi 67. Boreas xxvi 3. Britannia xxix 4, 20; xlv 22. Britanni xi 12. Brixia lxvii 32, 34.</p> <p>Caecilius (<i>a</i>) xxxv 2, 18; (<i>b</i>) lxvii 9. Caelius lviii 1; c 1, 5, 8. Caesar xi 10; lvii 2; xciii 1. Caesius xiv 18. Callisto lxvi 66. Caluus xiv 2; liii 3; xcvi 2. Camerius lv 10; lviii b 7. Campus minor lv 3. Canopites (Canopius ?) lxvi 58. Carybdis lxiv 156. Castor iv 27; lxviii 65. Cato lvi 1, 3. Catullus vi 1; vii 10; viii 1, 12, 19; x 25; xi 1; xiii 7; xiv 13; xxxviii 1; xliv 3; xlvi 4; xlix 4; li 13; lii 1, 4; lvi 3; lviii 2; lxviii 27,</p> |
|---|---|

INDEX NOMINVM

- | | |
|--|---|
| <p>135; lxxii 1; lxxvi 5; lxxix 2, 3; lxxxii 1.</p> <p>Cecropia lxiv 79, 83. Cecropius lxiv 172.</p> <p>Celtiberia xxxvii 18; xxxix 17. Celtiber xxxix 17.</p> <p>Ceres lxiii 36.</p> <p>Chalybes lxvi 48.</p> <p>Chiron lxiv 279.</p> <p>Cieros lxiv 35.</p> <p>Cinna x 30; xcv 1; cxiii 1.</p> <p>Circus lv 4.</p> <p>Cnidus xxxvi 13.</p> <p>Cnosjus lxiv 172.</p> <p>Colchi lxiv 5.</p> <p>Colonia xvii 1, 7.</p> <p>Cominius cviii 1.</p> <p>Comum xxxv 4.</p> <p>Conon lxvi 7.</p> <p>Cornelius (<i>a</i>) i 3; (<i>b</i>) lxvii 35; (<i>c</i>) cii 4.</p> <p>Cornificius xxxviii 1.</p> <p>Crannon lxiv 36.</p> <p>Creta lxiv 82, 174. Cretes lviii b 1.</p> <p>Croesus cxv 3.</p> <p>Cupido xxxvi 3; lxviii 133; Cupidines iii 1; xiii 12.</p> <p>Cybebe (Cybelle) lxiii 9, 20, 35, 84, 91; Cybele lxiii 12, 68, 76.</p> <p>Cyclades iv 7.</p> <p>Cycneus lxvii 32.</p> <p>Cyllenaeus lxviii 109.</p> <p>Cyrenae vii 4.</p> <p>Cytorus iv 13. Cytorius iv 11.</p> <p>Dardanius lxiv 367.</p> <p>Daulias lxv 14.</p> <p>Delius xxxiv 7.</p> <p>Delphi lxiv 392.</p> <p>Dia lxiv 52, 121.</p> <p>Diana xxxiv 1, 3.</p> <p>Dindymus xxxv 14; lxiii 91. Dindymenus lxiii 13.</p> <p>Dione lvi 6.</p> | <p>Dorus (?) lxiv 287.</p> <p>Durrachium xxxvi 15.</p> <p>Egnatius xxxvii 19; xxxix 1, 9.</p> <p>Emathia lxiv 324.</p> <p>Eous xi 3; lxii 35.</p> <p>Erectheus lxiv 229. Erechtheus (<i>adi.</i>) lxiv 211.</p> <p>Erycina lxiv 72.</p> <p>Etruscus xxxix 11.</p> <p>Eumenides lxiv 193.</p> <p>Europa lxviii 89.</p> <p>Eurotas lxiv 89.</p> <p>Fabullus xii 15, 17; xiii 1, 14; xxviii 3; xlvi 3.</p> <p>Falernum xxvii 1.</p> <p>Fauonius xxvi 2; lxiv 282.</p> <p>Fescenninus lxi 120.</p> <p>Fides xxx 11.</p> <p>Firmanus cxiv 1.</p> <p>Flauius vi 1.</p> <p>Formianus xli 4; xlili 5; lvii 4.</p> <p>Furius xi 1; xvi 2; xxiii 1, 24; xxvi 1.</p> <p>Gaius x 30.</p> <p>Gallae lxiii 12, 34.</p> <p>Gallia xxix 3, 20. Gallicanus xlii 9. Gallicus xi 11.</p> <p>Gallus lxxviii 1, 3, 5.</p> <p>Gellius lxxiv 1; lxxx 1; lxxxviii 1, 5; lxxxix 1; xc 1; xci 1; cxvi 6.</p> <p>Golgi xxxvi 14; lxiv 96.</p> <p>Gortynius lxiv 75.</p> <p>Graecus lxviii 102.</p> <p>Graius lxvi 58; lxviii 109.</p> <p>Hadria xxxvi 15. Hadriaticus iv 6.</p> <p>Hamadryades lxi 23.</p> <p>Hebe lxviii 116.</p> <p>Helena lxviii 87.</p> <p>Heliconius lxi 1.</p> <p>Hellespontus lxiv 358. Hellespontius <i>frag.</i> i 4.</p> |
|--|---|

INDEX NOMINVM

- Hercules lv 13 (*cf.* Amphitryonides).
 Hesperus lxii 20, 26, 32, 35; lxiv 329.
 Hiberus ix 6; xii 14; xxix 19; xxxvii 20; lxiv 227.
 Hortensius xcv 3.
 Hydrochous lxvi 94.
 Hymen, Hymenaeus lxi, lxii *passim* (*cf.* lxiv 20, 141; lxvi 11)
 Hyperborei cxv 6.
 Hyrcani xi 5.
 Iacchus lxiv 251.
 Ida lxiii 30, 52, 70. Idaeus lxiv 178.
 Idalium xxxvi 12; lxi 17; lxiv 96.
 Idrus lxiv 300.
 Iliacus lxviii 86.
 India xlv 6. Indi xi 2. Indus lxiv 48.
 Ionius lxxxiv 11, 12.
 Ipsitilla xxxii 1.
 Italus i 5.
 Itonus lxiv 228.
 Itylus lxv 14.
 Iunia lxi 16.
 Iuno xxxiv 14; lxviii 138.
 Iuppiter i 7; iv 20; vii 5; xxxiv 6; lv 5; lxiv 26, 171; lxvi 30, 48; lxvii 2; lxviii 140; lxx 2; lxxii 2.
 Iuuentius xxiv 1; xlvi 1; lxxxii 1; xcix 1.
 Ladas lviii b 3.
 Lampsacus *frag.* i 2.
 Lanuuinus xxxix 12.
 Larisaeus lxiv 36.
 Larius xxxv 4.
 Latmius lxvi 5.
 Latonius xxxiv 5.
 Laudamia lxviii 74, 80, 105.
 Leo lxvi 65.
 Lesbia v 1; vii 2; xlivi 7; li 7; lviii 1, 2; lxxii 2; lxxv 1; lxxix 1; lxxxiii 1; lxxxvi 5; lxxxvii 2; xcii 1, 2; cvii 4.
 Lesbius lxxix 1.
 Lethaeus lxv 5.
 Liber lxiv 390 (*cf.* Iacchus).
 Libo liv 3.
 Libya xlv 6. Libyssus vii 3. Libystinus lx 1.
 Licinius l 1, 8 (*cf.* Caluus).
 Ligur xvii 19.
 Locris lxvi 54.
 Lucina xxxiv 13.
 Luna xxxiv 16.
 Lycaonius lxvi 66.
 Lydius xxxi 13.
 Maecilia cxiii 2.
 Maenas lxiii 23, 69.
 Magna Mater xxxv 18.
 Magnus lv 6.
 Malius lxviii 54.
 Mamurra xxix 3; lvii 2.
 Manius lxviii 11, 30.
 Manlius lxi 16, 215.
 Marcus xlix 2.
 Marrucinus xii 1.
 Mauors lxiv 394.
 Medi lxvi 45.
 Mella lxvii 33.
 Memmius xxviii 9.
 Memnon lxvi 52.
 Menenius lix 2.
 Mentula xciv 1; cv 1; cxiv 1; cxv 1.
 Midas xxiv 4.
 Minos lxiv 85. Minois lxiv 60, 247.
 Minotaurus lxiv 79.
 Musa xxxv 17; lxv 3; lxviii 7, 10; cv 2.
 Naso cxii 1, 2.
 Nemesis l 20 (*cf.* Ramnusius).
 Neptunus xxxi 3; lxiv 2. Neptunius lxiv 367.

INDEX NOMINVM

- | | |
|---|---|
| <p>Nereine lxiv 28. Nereis lxiv 15.</p> <p>Nicaea xlvi 5.</p> <p>Nilus xi 8.</p> <p>Noctifer lxii 7.</p> <p>Nonius lii 2.</p> <p>Nouum Comum xxxv 3.</p> <p>Nympha lxi 29; lxiv 17; lxxxviii 6.</p> <p>Nysigena lxiv 252.</p> <p> Oarion lxvi 94.</p> <p>Oceanus lxi 85; lxiv 30; lxvi 68; lxxxviii 6; cxv 6.</p> <p>Oetaeus lxii 7; lxviii 54.</p> <p>Olympus lxii 1.</p> <p>Ops lxiv 324.</p> <p>Orcus iii 14.</p> <p>Ortalus lxv 2, 15.</p> <p>Otho liv 1.</p> <p> Padua xcv 7.</p> <p>Parcae lxiv 306, 383; lxviii 85.</p> <p>Paris lxviii 103.</p> <p>Parnasus lxiv 390.</p> <p>Parthus xi 6.</p> <p>Pasithea lxiii 43.</p> <p>Pegaseus lviii b 2.</p> <p>Peleus lxiv 19, 21, 26, 301, 336, 382.</p> <p>Pelion lxiv 278. Peliacus lxiv 1.</p> <p>Pelops lxiv 346.</p> <p>Penates ix 3; lxiv 404.</p> <p>Penelopeus lxi 223.</p> <p>Penios lxiv 285.</p> <p>Persae xc 4. Persicus xc 2.</p> <p>Perseus lviii b 3.</p> <p>Phaethon lxiv 291.</p> <p>Pharsalus lxiv 37. Pharsalius lxiv 37.</p> <p>Phasis lxiv 3.</p> <p>Pheneus lxviii 109.</p> <p>Phoebus lxiv 299.</p> <p>Phrygia lxii 71. Phrygius xlvi 4; lxii 18; lxiii 2, 20; lxiv 344.</p> <p>Phryx lxiii 22.</p> | <p>Pipleius cv 1.</p> <p>Piraeus lxiv 74.</p> <p>Pisaurum lxxxii 3.</p> <p>Piso xxviii 1; xlvi 2.</p> <p>Pollio xii 6.</p> <p>Pollux lxviii 65 (<i>cf.</i> iv 27).</p> <p>Polyxenius lxiv 368.</p> <p>Pompeius cxiii 1 (<i>cf.</i> Magnus).</p> <p>Ponticus iv 9, 13; xxix 18.</p> <p>Porcius xlvi 1.</p> <p>Postumia xxvii 3.</p> <p>Postumius lxvii 35.</p> <p>Priapus <i>frag.</i> i 1, 2; <i>cf.</i> xlvi 4.</p> <p>Prometheus lxiv 294.</p> <p>Propontis iv 9.</p> <p>Protesilaeus lxviii 74.</p> <p>Pthioticus lxiv 35.</p> <p> Quintia lxxxvi 1.</p> <p>Quintilia xcvi 6.</p> <p>Quintius lxxxii 1; c 1.</p> <p> Ramnusius lxvi 71; lxviii 77 (<i>cf.</i> lxiv 395).</p> <p>Rauidus xl 1.</p> <p>Remus xxviii 15; lviii 5.</p> <p>Rhenus xi 11.</p> <p>Rhesus lviii b 4.</p> <p>Rhodus iv 8.</p> <p>Rhoeteus lxv 7.</p> <p>Roma lxviii 34.</p> <p>Romulus xxviii 15; xxix 5, 9; xxxiv 22; xlvi 1.</p> <p>Rufa lix 1.</p> <p>Rufulus lix 1.</p> <p>Rufus lxix 2; lxxvii 1.</p> <p> Sabinus xxxix 10; xliv 1, 4, 5.</p> <p>Saetabus xii 14; xxv 7.</p> <p>Sagae xi 6.</p> <p>Salisubsal(i)us xvii 6.</p> <p>Sapphicus xxxv 16.</p> <p>Satrachus xcv 5.</p> <p>Saturnalia xiv 15.</p> |
|---|---|

INDEX NOMINVM

- | | |
|--|--|
| <p>Satyri lxiv 252.</p> <p>Scamander lxiv 357.</p> <p>Scylla Ix 2; lxiv 156.</p> <p>Septimius xlvi 1, 21, 23. Septimillus xlvi 13.</p> <p>Serapis x 26.</p> <p>Sestius xliv 19, 20. Sestianus xliv 10.</p> <p>Sileni lxiv 252.</p> <p>Silo ciii 1.</p> <p>Simonideus xxxviii 8.</p> <p>Sirmio xxxi 1, 12.</p> <p>Socratian xlvi 1.</p> <p>Sol lxiii 39, 67; lxiv 271.</p> <p>Somnus lxiii 42.</p> <p>Stymphalius lxviii 113.</p> <p>Suffenus xiv 19; xxii 1, 10, 19.</p> <p>Sufficius (?) liv 5.</p> <p>Sulla xiv 9.</p> <p>Syria xlvi 22; lxxxiv 7. Syrius vi 8.</p> <p>Syrtis lxiv 156.</p> <p>Tagus xxix 19.</p> <p>Talasius lxi 127.</p> <p>Tappo (?) civ 4.</p> <p>Taurus lxiv 105.</p> <p>Telemachus lxi 222.</p> <p>Tempe lxiv 35, 285, 286.</p> <p>Tethys lxiv 29; lxvi 70; lxxxviii 5.</p> <p>Teucrus lxiv 344.</p> <p>Thallus xxv 1, 4.</p> <p>Themis lxviii 153.</p> <p>Thermopylae lxviii 54.</p> <p>Theseus lxiv 53, 69, 73, 81, 102, 110, 120, 133, 200, 207, 239, 245, 247.</p> <p>Thespius lxi 27.</p> <p>Thessalia lxiv 26, 33. Thessalus lxiv 267, 280.</p> <p>Thetis lxiv 19, 20, 21, 28, 302, 336.</p> <p>Thia lxvi 44.</p> <p>Thracus iv 8.</p> | <p>Thyias lxiv 391.</p> <p>Thynia xxxi 5. Thynus xxv 7.</p> <p>Thyonianus xxvii 7.</p> <p>Tiburs xxxix 10; xliv 1, 2, 5.</p> <p>Torquatus lxi 209.</p> <p>Transpadanus xxxix 13.</p> <p>Trinacrius lxviii 53.</p> <p>Triton lxiv 395.</p> <p>Triuia xxxiv 15; lxvi 5.</p> <p>Troia lxviii 88, 89, 90, 99. Troicus lxiv 345. Troiugena lxiv 355.</p> <p>Troius lxv 7 (<i>cf.</i> Dardanius, Iliacus, Teucrus).</p> <p>Tullius xlix 2.</p> <p>Tyrius lxi 165.</p> <p>Varus x 1; xxii 1.</p> <p>Vatinius lii 3. Vatinianus xiv 3; liii 2.</p> <p>Venus xxxvi 3; xlvi 26; lv 20; lxi 18, 44, 61, 191, 195; lxiii 17; lxvi 15, 56, 90; lxviii 5, 10; Veneres iii 1; xiii 12; lxxxvi 6 (<i>cf.</i> Dione).</p> <p>Veranius ix 1; xii 16; xxviii 3.</p> <p>Veraniolus xii 17; xlvi 3.</p> <p>Verona xxxv 3; lxvii 34; lxviii 27.</p> <p>Veronensis c 2.</p> <p>Vesper lxii 1.</p> <p>Vibennius xxxiiii 2.</p> <p>Victius xcvi 1, 5.</p> <p>Victor lxxx 7.</p> <p>Virgo lxvi 65.</p> <p>Vmber xxxix 11.</p> <p>Volusius xxxvi 1, 20; xcvi 7.</p> <p>Vrania lxi 2.</p> <p>Vrii xxxvi 12.</p> <p>Zephyritis lxvi 57.</p> <p>Zephyrus xlvi 3; lxiv 270.</p> <p>Zmyrna xcvi 1, 5, 6.</p> |
|--|--|

